

9.5.78

13.75 fm

20

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10 10 10 10 10 10 10 10 10 10

P. S. J. P.

1.5.202

5

DE SEPTIMIO
TERTULLIANO,
ET
S. EPIPHANIO
DISSERTATIONES DUÆ,
THEOLOGICO-CRITICÆ,

In quibus Antropomorphismo neutrum laborasse
demonstratur,

*Et multa ad Antropomorphitarum historiam
pertinentia dilucidantur.*

AUCTORE
JOSEPHO ANTONIO CANTOVA

MEDIOLANI

In Braydensi Universitate Soc. J.
Sacrae Theologiae Professore.



MEDIOLANI) (M D C C L X I I I .

Ex TYPOGRAPHIA MAZZUCHELLIANA.
SUPERIORUM PERMISSU.

III.
REVERENDISSIMO PATRI
**D. ARCHANGELO
SCARAMUZZA**

PRIORI REGIO-DUCALIS CARTHUSIE PROPE PAPIAM
ET PROVINCIAE LONGOBARDICÆ VISITATORI

JOSEPH ANTONIUS CANTOVA S. J.

Perpetuam Felicitatem.

Uum primum meis hifce
dissertationibus supremam
manum imposui, non diu
mihi dubitandum fuit,
quemnam iisdem in lucem
prodituris Patronum, at-
que Auspicem compararem. Sive enim
eam, quæ mihi Tecum intercedit, gene-
ris necessitudinem, ac singularem orga-
me

IV.

me Tuam a teneris benevolentiam com-memorarem, nihil mihi dulcius contin-gere profecto poterat, quam ut studio-rum meorum specimen aliquod exhibe-rem Tibi, qui qualemcumque illud esset, (quæ Tua est in me humanitas) benigne essem, comiterque suscep-turus; Sive opusculi ipsius institutum spectarem, quod totum in Patrum Doctrina perpen-denda versatur, nihil sane æquius videba-tur, quam ut Hominis ea scilicet dignita-te spectabilis patrocinio frueretur, ad quam Tua Te merita, virtutesque eve-xerunt. Nemo est enim ita in litterarum historia rūdis, qui nesciat Patrum scrip-ta inter tot tantasque temporum calam-i-tates Monachorum præfertim industria la-boribusque usque ad Typographicam ar-tem inventam servata, jugique ad nos quodammodo successione deducta fuisse. Neque vero aliter fieri oportebat, ut qui Monasticam vitam aut favore studiisque complexi essent, aut etiam suscep-sissent, eorum scripta a Monachis ipsis, quibus tantum illi decus pepererant, diligenti cura in Bibliothecis servarentur, & inte-gra,

gra , iisque mendis vacua , quibus libra-
riorum incuria interdum scatebant , ad
posteros transmitterentur . Qua in re quan-
tum Carthusienses Tui præstiterint satis ille
intelligat , qui XII. ipso sèculo , quo sci-
licet tempore jacebant plerumque hujus-
modi studia , Guigonem quintum Car-
thusiæ majoris Præsidem , strenuam in-
PP. scripta operam contulisse animadver-
tat . Ille enim , Cl. Mabillonio teste (a) ,
non egregie solum in hisce studiis ver-
satus erat , sed Monachos etiam suos ,
ut in eadem alacriter incumberent , assi-
due hortabatur . Nam & illius epistolam
apud se exstare Mabillonius ait , ad Car-
thusiæ Durbonis Monachos scriptam , qua
inter eas , quæ sub D. Hieronymi no-
mine circumferebantur , epistolas , quæ
nam S. Doctori adjudicandæ sint , quæ
contra abjudicandæ statuit , judiciumque
hujusmodi suum , earumdem epistolarum
exemplaribus , quæ describi contingret ,
præfigi jubet ; & Petri Cluniacensis Abba-
tis ad Guigonem ipsum datas litteras ha-

(a) De Stud. Mon. T. 1. parte 1. cap. 10.

VI.

bemus, ex quibus hunc exemplaria, quibus SS. Patrum opera comprehendenterunt, complura ab illo petiisse colligimus, quibus describendis Carthusienses sui exercerentur. Enimvero ab ipsis nascentis Instituti exordiis, id moris fuisse Carthusianorum Guibertus Abbas apud Mabillo-nium eundem (a) testatur, ut quamvis inter arctissimas paupertatis angustias vitam degerent, studio tamen laborique non parcerent, ut amplas haberent, ac sacræ præsertim eruditionis monumentis splendidas bibliothecas. Verum ut vetera illa præteream, mihi hæc ipsa scribenti egregium de optima methodo legendorum Ecclesiæ Patrum opusculum præ manibus erat a Bonaventura Argonensi Carthusiæ S. Juliani Rhotomagensis Vicario con-scriptum, quod quum pervolverem, quantum apud vos sacrarum præsertim litterarum studia florent, mecum ipse mirabar, dolebamque simul præclarissimi Viri, hoc, aliisque editis libris maximam apud eruditos Homines famam adepti,

(a) Ibid.

ti, plura adhuc jacere inedita, quæ non illi modo, sed universo Carthusianorum Cœtui haud parum essent nominis allatura. Hæc scilicet in caussa fuerunt, cur Tibi præ cæteris opusculum hoc inscribendum duxerim. Quid enim ego egregias animi dotes virtutesque Tuas commemorem, atque in Magna ista prope Papiam Carthusia, quæ Mediolanensium Principum munificentiam æternum testabitur, administranda prudentiam singularem? Quæ quidem prolixam disertamque orationem requirerent, nisi hæc ipsa, in quibus libentius uberiorisque versarer, tacitum præterire Tua me auctoritas cogeret. Non possum tamen quin illud saltem commemorem, satis hinc quidem, quantam Carthusienses Tui de Te existimationem conceperint, colligi, quod non solum Te Regio-Ducali huic Cœnobio præesse, sed cæterorum etiam Provinciæ Longobardicæ Cœnobiorum, Visitatoris, ut ajunt, munere demandato, curam gerere voluerunt. Itaque, cum de Te dicere prohibeatur, hoc unum superest, ut scilicet Tuorum votis studiisque.

VIII.

qui Te colunt in primis ac diligunt, mea
& ipse adjiciam, Deumque O. M. precibus
obtester, ut & maximum Carthusiensium
præsidium ac decus, & humanissimum stu-
diorum meorum Patronum, incolumen-
diu servet ac sospitet.



LE-



LECTORI B.

Existere Deum O. M., a quo facta sunt omnia, naturae ipsius magisterio discimus, atque illi soli negant, qui vel ferarum more in silvis viventes usque adeo vim ingenii bebetarunt, ut alterius ope indegeant ad cognitionem Dei, quæ sopia inest eorum menti excitandam: vel affueti Deo præfratæ negando, conquirendisque sibi pismatis, quibus ejusdem existentiam cupiditatibus suis incommodam, si fieri posset, subverterent, eo devenere paullatim, ut naturale lumen, quo verus Deus unicuique proponitur, ab inanibus discernere conclusumculis nequeant. At quando ad summam divini illius Spiritus simplicitatem scrutandam accedimus, tam sublimis, atque abstrusa res est, ut mirum non sit eos, qui humano illam modulo metiri voluerunt, in varios errores incidisse. Crassius porro errarunt, qui non distingui Deum ab universa rerum visibilium congerie censuerunt. Id innuere visus est Lucanus, quum
di-

dixit : (a) Jupiter est quodcunque vides : et se dubitari potest , utrum hæc verba significant , ab hac rerum mole minime distingui Deum ; aut esse potius materiae universæ Animam quandam , quod hisce versibus expressit Virgilius (b).

Principio Cœlum , & Terram , camposque liquentes ,

Lucentemque globum Lunæ , Titoniaque astra
Spiritus intus alit , totamque infusa per artus
Mens agitat molem , & magno se corpore
misceret .

Priorem sententiam Pythagoricis ; posteriorens
Stoicis tribuit Epiphanius , qui de Pythagora (c)
loquens ait : Qui insuper Deum esse corporeum
asserit , videlicet Cœlum : cuius oculos , cæte-
rasque tanquam in Homine partes , Solem , &
Lunam constituit , ac reliquas Stellas , elemen-
taque cœlestia . De Stoicis vero sic loquitur (d).
Quod ad Stoicos pertinet , hæc est de divinitate ,
illorum opinio : Deum esse mentem afferunt ,
quæ totius aspectabilis molis , Cœli nimirum , ac
Terræ , cæterarumque rerum , velut corporis
anima sit . Simile quiddam in Etbica sua im-
ginatur Benedictus Spinoza , quem in media E-
vangelii lace deliramenta veterum Etnicorum
imitari non puduit . His accedit hæresis altera
Antropomorphitarum , qui Deo membra corporea
tribuebant . Hanc Theodosii magni ætate inter

Ægy-

(a) Lib. 9. (b) Lib. 6. Aeneid. (c) L. 5. ad hær. 5. Pytha-
gor. quæ est ordine 7. (d) Ad hær. 3.

XI.

Ægyptios quosdam Monachos exortam esse referrunt Socrates, Sozomenus, Cassianus : (a) O Seculo X. iterum revixit in Italia, ut narrat Sigerbertus in Chronico. Theodoreus (b) Audium, sive Audeum Antropomorphitarum Auctorem facit : Unde Iesus in valuis ut illi promiscue nominentur Audiani, sive Odiani (utramque enim vocem adhibet Epiphanius, (c) vel corrupto vocabulo Vadiani. Epiphanius tamen Audianos videtur ab Antropomorphitis distinguere ; quantum conjici ex iis licet, quæ in Dissertatione secunda afferemus. Accusari a nonnullis sunt Parres aliquot, quasi Antropomorphitis vel proluserint, vel adhæserint. Gennadius (d) Melitonem, qui Seculo II. (e) Sardensis in Lydia Episcopus fuit, tanquam ea labè adspersum una cum Tertulliano nominat. Ac Melitonem quidem ut us sanctissimum, ac doctum Virum vel errasse, vel excusari vix posse censere. Labbeus (f) Cotelerius (g) Bersi (h). Atque inter Eterodoxos Caveus (i) Jo. Albertus Fabricius (k) Itigius (l) Joannes Clericus. (m) Eundem vero defendunt Boucas (n) witasse (o) L'Herminier (p) Tournely (q) Vasquez, (r) Cellier, (s) Halloixius, aliisque. De Tertulliano similis est inter Eru ditos

(a) In locis citand. dissert. 2. (b) I. 4. hær. fab. c. 10. (c) Ad hær. 70. (d) L. de Eccl. dogm. c. 4. (e) Euseb. I. 4. c. 26. Hist. (f) Dissert. de Scrip. Eccl. (g) Ad Clement. hom. 16. (h) De Theol. discipl. I. 2. c. 2. (i) Histor. Litt. (k) Bibl. Gr. & in Notis ad Lib. Hier. de Viris illust. (l) De Hæretare. apost. 2t. (m) Ad an. 140. (n) To. 1. trac. 1. diss. 3, ar. 4. (o) To. 1. sect. 6. sec. 2. (p) De simplic. Dei. (q) Tom. 1. de Deo. (r) In 1. p. disp. 21. c. 1. (s) Tom. 2. Hist. gen. Auct. Sactorum.

XII.

ditos diffensio, aliis illum accusantibus, aliis defendantibus. Selecum præterea, ♂ Hermianus Galatas finxisse Deum corporeum scribit Philastrius (a). Obscuram etiam, atque ambiguam ut minimum locutionem Lactantii contra Stoicos disputantis (b) afferat Petavius. (c) Hilarium quoque, sed immerito norat Claudianus Mamertinus (d) ut laudatus Petavius animadverrit. Etenim illo ipso in loco, quem Claudianus designat, adeo S. Doctor non docet esse corporeum Deum; quin cum unum affirmat vere dici posse incorporeum. (e) Ille enim corporeum id omne intelligit, quod in definito est loco, ♂ mutationi obnoxium: quam vocabuli acceptiōnēm valuisse olim Augustinus (f) commemorat. Non minus inique, ♂ calumniōse S. Epiphanius Anthropomorphis̄ insimulans Socrates, ♂ Sozomenus. At operae prerium non esse arbitramur singulorum, quos nominavimus, separatam defensionem suscipere. De Melitone quidem acrius inter Criticos disputatur. Sed quum res tota fere in solo facto versetur, qui nam sit hujus disceptationis exitus non video. Nam ex textu quodam Origenis apud Theodoretum (g) oritur quæstio. Alii enim sic illum cum Joanne Pico interpretantur. Ante omnia disceptandum illud est, ubi nam constet istud AD IMAGINEM: in corpore, an

(a) L. de hæc. c. 8. (b) L. de ira Dei. (c) Tom. 1. de Deo
 I. 2. c. 1. (d) L. 7. de statu animalium. (e) Can. 5. in Matt.
 (f) De origine anim. Ep. 131. inter Hieron. Edit. Veron.
 (g) Quest. 20. in Gen.

XIII.

in anima? Videamus porro quibus utantur, qui prius afferunt: e quorum numero est Melito, qui scripta reliquit, quibus afferit Deum, corporeum esse. (a) *At Sextus Senensis* (b) *libri illius titulum aliter exponit*, nimis de eo, quod dicitur Deo corpus inesse. *Utrum hic ille idem sit*, qui inter opera Melitonis ab Eusebio recensetur, non satis constat. *Græcam Eusebii inscriptionem Sextus reddit*: *De Deo corpore induito*: *Valesius* (c) *De Incarnatione Dei*. *Christopheronus* (d) *De Deo Incarnato*. *Huc igitur summa controversia revocatur*, quoniam scilicet modo fuerit Melitonis ille liber inscriptus, seu quoniam sit Origeniano, vel Eusebiano textui interpretatio adhibenda: *qua lis non ante*, opinor, *dirimetur*, *quam novum aliquod vel de Auctoris doctrina*, *vel de græca inscriptionis sensu documentum prodatur in lucem*. *Hoc unum pro certo affirmare possumus*, difficile esse, ut *Tillemontius* (e) adnotat, *veram textus intelligentiam definire*: *quod vel ipsa doctissimorum Virorum demonstrat diffensio*. Quare in Epiphanius dumtaxat, & Tertulliano defendendis immorabimur. *De utriusque enim doctrina utilior ad Anthropomorphitarum historiam illustran-*

(a) Paullo aliter Jac. Sirmordus, edit. Parisi. 1642. *Prius discentendum est*, ubi consistat illud ad imaginem; in corpore, an in anima? *Et in primis videamus quibus utantur qui prius afferunt*; e quorum numero est Melito, qui scripta reliquit, quibus us est Deum corporeum esse. (b) Lib. 5. Bibl. adnot. 18. (c) In edit. Paris. an. 1659. sed in Cantabrig. an. 1720. & Amstel. 1695., aliisque legitur *De corporali Deo*. (d) In edit. Paris. 1581. (e) Tom. 2. Memoir.

XIV.

*strandam inquisitio instituitur : & certos ambo
Accusatores habent ; suisque , & aliorum , quæ ex-
stant , scriptis solide defendi possunt . Non deerunt
fortasse qui , quum illa perlegerint , quæ ex Ter-
tulliano minus battemus observata proferimus ,
dicant , difficiliorem ejus excusationem a me fa-
ctam , qui ad eum purgandum acceperim . Vi-
cissim vero superfluum laborem videbor aliis in
Epiphanius defendendo sumpsiisse , qui patrocinio
nostro minime indigeret . Quibus ego respondeo ,
me quod mihi visum est adhuc egere luce , id illu-
strare pro viribus studuisse . Utrum hoc affecutus
sim , humani LECTORES , & docti judicent .*



JO-

XV.

JOSEPH BELLINUS
SOCIETATIS JESU

In Provincia Mediolanensi Praepositus Provincialis.

Cum Librum, cuius titulus est (*De Septimio Tertulliano & S. Epiphonio Dissertationes Due Theologico-Criticae, in quibus Antropomorphismo neutrum laborasse demonstratur; & multa ad Antropomorphitarum historiam pertinens dilucidantur*) Autore P. Josepho Antonio Cantova Societatis Jesu, aliquor ejusdem Societatis Theologi, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint: facultate nobis a R. P. Laurentio Ricci Praeposito Generali communicata; concedimus, ut typis mandetur, si ita iis ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & Sigillo Societatis nostrae munitas dedimus.

Genuæ die 26. Martii 1763.

JOSEPH BELLINUS.

Loco  Sigilli.

Andante mihi Admod. R. Patre F. Jof. Dominico Caffinoni S. T. Magistro, Ordinis Predicatorum, Tribunalis SS. Inquisitionis in Mediolanensi Provincia Commissario, Librum perlegi, cui titulus -- *De Septimio Tertulliano & S. Epiphonio Dissertationes due Theologico-Criticae, in quibus Antropomorphismo neutrum laborasse demonstratur &c.*, nec potui non admirari eruditissimi Auctoris ingenium, Sacram eruditionem, judiciumque sanum, ac perspicax, quibus potissimum adjumentis tam difficilem proposita questionis indaginem est felicissime persecutus. Quapropter anni pol se censeo, ut typis in publicam lucem proferatur; me tamen &c.

Mediolani ex Audib. S. Maria apud S. Satyrum pridie Idus Aprilis MDCCLXIII.

*Servilianus Latuada Congregat. Oratorii Praepof.
Librorum Censor &c.*

Die 11. Aprilis 1763.

Stante supra notata approbatione

IMPRIMATUR

F. Jof. Dominicus Caffinoni Ord. Pred. Sac. Theol. Magister,
& Commissarius S. Officii Mediolani.

J. A. Vismara pro Esmo, & Rho D. D. Cardinali Archiep.
Vidit Julius Caesar Berfanus pro Excellentissimo Senatu.

OR.

XVI.
ORDO, ET ARGUMENTUM
DISSERTATIONUM.

D issertatio pro Septimio Tertulliano ; in qua excep- ta ex ejus libris, quorum causa ille Antro- pomorphismi accusatur, expenduntur, & cum doctrina catholicæ conciliantur .	Pag. 1
§. I. Excerpta ex libro contra Præcam Cap. 7. & ex libro contra Hermogenem Cap. 18.	Pag. 2
§. II. Excerpta ex libro secundo contra Marcio- nem Cap. 16.	Pag. 18
§. III. Excerpta ex libro de Resurrectione carnis Cap. 6.	Pag. 23
§. IV. Excerpta ex lib. de Anima c. 7., & ex lib. 4. co. Marc. c. 38.	Pag. 39
§. V. Excerpta ex lib. contra Hermogenem C. 36. Et ex lib. de Carne Christi . Cap. 10.	Pag. 67
§. ULTIMUS . Tertulliani accusatio ex Santilli Augustini , aliorumque testimoniis petita diluitur .	Pag. 77
Dissertatio de S. Epiphanio .	
§. I. Scripta S. Doctoris expenduntur , atque ab Antropomorphismisuspitione purgantur .	Pag. 89
§. II. Eorum , qui S. Epiphanius Antropomorphis- mi insinuarunt , testimonia refelluntur .	Pag. 101

DIS-

D I S S E R T A T I O DE TERTULLIANO.

Multa ex variis Tertulliani opusculis argumenta proferunt qui corporatum ab illo Deum creditum putant. Horum omnium non modo nihil dissimulabimus; sed praeter ea, quæ suis in locis ad suspicionem augendam erroris studiose adnotabimus, nonnulla etiam ab aliis fortasse non observata addemus; ut si quem forte Lectorum in nostram sententiam trahere nobis contrigerit, is non ex dissimulatione criminis, sed ex cognitione causæ adjunctus huic Scriptori Parronus videri possit. Ut vero ordinem aliquem in eo defendendo servemus, quæcunque ex diversis libris proferuntur, in totidem capita partiemus, ea ratione, ut, si quando plura ex aliis producta libris eandem difficultatem, vel parum dissimilem habeant, ea simul jungamus, ne dicta reperere sepius cum Lectoris fastidio necesse sit. Primum autem id præstatre conabimur, ut ab Antropomorphitarum labore immunem, puramque esse constet doctrinam Septimi universam; collatis invicem, quæ disiunctis locis dispersa jacent, acutissimi Doctoris sententiis; expensoque diligenter tum scribentis proposito, tum perpetua contexione sermonis; & si quæ sunt alia, quæ ad veram Auctoris mentem, præsertim in diendo admodum obscuri exprimendam critice leges requirunt. Secundo argumentum ab eorum auctoritate ductum, quibus suspecta ut minimum est Tertulliani hac in re doctrina, breviter dilucemus.

Excerpta ex libro contra Praxeam cap. 7., & ex libro contra Hermogenem Cap. 18.

¶ **P**raxeas, distinctione Personarum sublata, unicam in Deo Personam, uti substantia una est, agnoscet: quam heresim Noetiani deinceps, & Sabelliani (a) latius propagarunt. Hos vocat Cyprianus (b) *Patrificationes*. Nam quum Filium nullum a Patre distinctum crederent, cohætentes passum dicebant illum ipsum, qui a nobis Pater nominatur. Hunc Praxeas errorem notat Tertullianus hisce verbis (c) *Ipsum dicit Patrem descendisse in Virginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum, denique ipsum esse Jesum Christum*. Seculo II. excunte, vel ineunte III. impium ab illo dogma vulgatum significat, dum (d) eundem vocat *bessernum Hæreticum*, ejusque heresim dicit *novellitatem Praxeas besserni*. Porro ex eo libro, quem contra Trinitatis hostem scripsit Septimius, hæc primo profertuntur; unde antropomorphismi suspicio ducitur. Nam post multa sacrarum litterarum producta loca ad Filii substantiam demonstrandam, sic (e) prosequitur. *Hic certe est, qui in effigie Dei constitutus non rapinans existimat esse se aequalem Deo. In qua effigie Dei? Utique*

(a) L. co. Prax. c. 1. Nam iste primus ex Asia hoc genus per veritas insulis Romana humo. Et August. l. de Hærel. n. 41. Noetiani enim difficillime ab aliquo sciuntur: Sabelliani autem sunt in ore multorum. Nam & Praxejanos & Praxeas quidam vocant; & Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt; qui Praxeas & Hermogenes eadem sentientes in Africa suisse dicuntur. Nec tam iste plures scilicet sunt, sed unius scilicet plura nomina ex his Hominibus, qui in ea maxime innoverunt. (b) Ep. 73. (c) Cap. 1. (d) Cap. 1. (e) Cap. 7.

que in alia ; non tamen in nulla . Quis enim negabit Deum corpus esse , eis Deus spiritus est ? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie . Sed & invisibilia illa , quacunque sunt , habent apud Deum & suum corpus , & suam formam , per qua soli Deo visibilia sunt : quanto magis quod ex ipsis substantia missum est , sine substantia non erit ? Hic , inquit , dum Filii Personam a Persona Patris distinctam , atque in se ipsa subsistenter ostendit Tertullianus , Deum corporeum facit .

2. Verum eti hæc primo intuitu crassum quidam redoleant , catholicò tamen sensu dicta esse facile intelliget , qui antecedentia verba consideret , & consequentia ; eaque cum Praejanò dogmata conferat , quod Septimus oppugnabat . Ille enim ut præmonuimus , unicam esse Dei Personam docerat . Quapropter divinum Verbum , quod nos Sophiam , seu Sapientiam nominamus , negabat in se ipso subsistere , asserens Filii nomine nihil significari præter Patrem loquentem , scilicet illum , qui Filius dicitur , nihil esse re vera aliud , quam Dei loquentis verbum substantia penitus vacuum ; qua ratione inanis est , neque in se ipso subsistens vocis humanae sonus . Qua in re eadem erat Praeze , Noeti , Sabelliique doctrina . Hanc impietatem refellens Tertullianus id dicit , quod alii deinde Patres post ipsum dixerunt , atque inter cæteros Hilarius , & Augustinus , quorum mox verba dabimus : ostendit nimirum Filium , qui sermo Dei nuncupatur ; non vacuum , atque inane verbum esse ; sed propriam formam , & quasi effigiem a Patre distinctam , in qua subsisteret , accepisse . Quamobrem paullo ante objecta verba , postquam de Sophia , & sermone illo divino dixerat , Qui Filius factus est Dei , de quo

prodeundo generatus est, inducit Praxeam sic excipientem: Ergo das aliquam substantiam esse sermonem, spiritu, & Sophia traditione construam. Reponit Tertullianus: Plane; deinde errorem Praxeum rursus exponit, ejusdemque argumenta consulat dicens: Non vis enim eum substantivum babere in re per substantia proprietatem, ut res, & Persona quaedam videri possit; & ita capiat secundus a Deo constitutus duos efficere, Patrem, & Filium, Deum, & Sermonem. Quid est enim, dices, sermo, nisi vox, & sonus oris, &, sicut Grammatici tradunt, aer offensus intelligibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico, de Deo inane, & vacuum prodire potuisse, ut non de inani, & vacuo prolatum; nec carere substantia, quod de tanta substantia processit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse qua facta sunt per illum. Non disputabat igitur Praxeas utrum Dei Filius dicendus esset spiritalis substantia, an corporalis; sed inanem sonum esse illum, & vacuum contendebat. Vicissim vero Tertullianus id unum conficiat, sibique factis demonstrandum litteris sumit, quod Advertarius inficiabatur. Eumdem porro duplice arguento convincit, ostendens scilicet primo, ex tanta substantia, quantam in perfectissimo Deo esse scimus, prodire vacuum non potuisse; dum generatum ex Deo sermonem scriptura testatur: secundo fieri minime posse, ut Dei sermo expers substantiae sit, qui tot, tantisque substantias, quantas universa Mundi moles complectitur, creavit: Hanc enim creationem Joannes Apostolus sermoni illi, ac Verbo tribuit dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quis enimvero non videt haud esse hic Tertulliano propositum de spiritali, vel materiata

9

riata Verbi natura differere, sed Praxeæ illa inanitate rejecta, substantem in eodem Verbo, distinctamque a Patre Personam ostendere? Quamobrem sic in incepta argumentatione progreditur. *Quale est, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est, ut inanis solidus, & vacuus plena, & incorporalis corporalia sit operatus?* Nam etsi potest aliquando quid fieri diversum ejus, per quod sit, nihil tamen potest fieri per id, quod vacuum & inane est. *Vacua, & inanis res est (incredibilem Praxeæ insaniam irridet) sermo Dei,* qui *Filius dictus est qui ipse Deus cognominatus est,* ET SERMO ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT SERMO? *Scriptum est, NON SUMES NOMEN DEI IN VANUM.* Hic certe est, QUI IN EFFIGIE DEI CONSTITUTUS NON RAPINAM EXISTIMAVIT ESSE SE AEQUALEM DEO. Cætera hic consequuntur, quæ objiciebantur superius; quæ tamen omnia in eundem scopum, nempe ad personalem Filii substanciali persuadendam conspirant. Nam eadem hic contra Praxeam Tertullianus inculcat, quæ alii postmodum Patres edicere contra Hæreticos similis perfidiæ reos consueverunt. Quid enim de Divino verbo edidicit Piætavensis Hilarius? (a) *Verbum hoc res est, non sonus; natura, non sermo; Deus, non inanitas est.* Quid Augustinus? (b) *Unigenitus Dei Filius, sicut non est paterni corporis membrum, ita non est cogitabile, vel sonabile, ac transitorium verbum; quia, quum omnia per ipsum facta sunt, Dei verbum erat.*

3. At Tertullianus, inquiunt, non extans modo, sed corporeum esse verbum censebat, quippe qui absonum dicit esse ut *incorporalis corporalia sit operatus.*

(a) Lib. 2. de Trin. (b) Tract. 53. in Joan.

tus. Ille quidem sic loquitur. Verum non materialem, & spiritalem substantiam vocabulis illis significat; sed synonyma illa sunt *substantis*, & *vacui*. Si enim eatenus illa dixisset, quatenus crederet a spiritali causa non posse materialium quidpiam effici, num fateretur ibidem fieri aliquid posse a natura causa efficientis diversum? Non voces igitur nude attendendae sunt: sed inquirendum, (utar (a) Auctoris ipsius verbis) quis quomodo utatur aliqua re, & vocabulo ejus. Nonne vacuum sonum vocabat Praxeas Dei verbum, & inane quiddam, atque adeo nihil? Tertullianus reponit fieri non posse, ut *incorporalis corporalia sit operatus*. Quis non intelligit idem hic sonare *incorporeale*, quod *vacuum*, quod *inane*, quod *nihil*? Quid? quod, si *corporalis* nomine materialiam substantiam significasset, *incorporalis* vero rem substantem quideam, sed expertem materię, inepta prorsus ejus argumentatio fuisset. Etenim manifesta quidem res est, nihil effici creatrice posse ab eo, quod *inane*, & *vacuum* sit: quis tamen asseveranter pronunciate ausit, nihil fieri omnino posse ab *incorporali causa*, si hoc nomine substantiam expertem materię, ac spiritalem intelligat? An non possunt primo sin minus res corporeae, saltem incorporeae ab incorporeis creati substantia? Secundo ab *incorporali causa* non posse corpus creari, num ita evidens erat, ut hanc Praxex tanquam ex ejus doctrina consequentem absurditatem Tertullianus objiceret? Itaque dubitari merito nequit quin divinum ille Verbum eodem sensu *corporeale* dixerit, quo & *substantiam*, & *rem*, & *Personam* superius appellaverat: quam ob causam eti si ibidem concedat

alt-

(a) Lib. co. Prax. c. 8.

*aliquando quid fieri diversum ejus, per quod fit, nihil
tamen effici posse concludit per id, quod vacuum,
& inane est.*

4. Quemadmodum autem *corporale* appellat Verbum, nempe subsistens, ita *corpus* nominat Deum inquiens: *Quis negabit Deum corpus esse, et si Deus Spiritus est?* Quod obier memorat ad Patis similitudinem cum Filio commonstrandam, quem paternæ aequalē substantiæ antea afferuerat. Ad clarorem vero hujusc loci intelligentiam advertendum est *Spiritus nomine Scriptorem nostrum modo accidens intelligere*, modo substantiam. Nam ubi Adami verba illa conummemorat, (a) *Hoc nunc os ex ossibus meis &c.* hæc subtexit: (b) *Accidentiam spiritus passus est (Adam): cecidit enim extasis super illum, Sancti Spiritus vis operatrix prophetia.* Nam & *malus spiritus accidens res est.* Denique Saulem tam Dei *spiritus postea vertit in aliud Virum, id est in Propheten quam & malus spiritus in Apostolam.* Hæc ille de extraordinaria inspiratione. At quum Spiritum Sanctum commemorat, cum substantiam esse, non accidens docet. Nam Gabrielis verba illa explanans (c) *Spiritus Sanctus superveniet in te,* hæc addit: (d) *Sicut enim Joanne dicente, sermo caro factus est, spiritum quoque intelligimus in mentione sermonis; ita & hic sermonem quoque agnoscimus nomine spiritus.* Nam & *spiritus substantia est sermonis, (propter unitatem naturæ) & sermo operatio spiritus, & duo unum sunt.* Itaque obiecta illa locutio. *Quis negabit Deum corpus esse, et si spiritus est?* perinde sonat ac si diceretur: *Sermo Dei, qui*

A 4

Dei

(a) Genes. 2. (b) Lib. de Anima cap. 11. (c) Luce cap. 1. (d) L. co. Prax. c. 26.

Dei Filius est, inque ejus effigie, formaque, ut ait Paulus, constitutus, vacua, & inanis res esse profecto nequit. Etsi enim spiritus sit Deus, unde sermo est genitus, quis ignorat Deum non accidens esse, aut Inanem halitum, sed veram perfectamque substantiam; ita ut coherenter nequeat carere *substantia quod de tanta substantia procedit?* Incorporalium nomine illa significari, quorum nulla est propria subsistens liquet etiam ex eo quod ille de Deo (a) loquens, ait: *cui etiam inanimalia, & incorporalia laudes canunt apud Danielem.* Neque enim incorporalium nomine Angelos intelligebat quos putabat esse corporeos, sed frigus, aestum, atque horum similia, quae in cantico trium Puerorum ad Deum laudandum invitantur.

5. Age vero. Fingamus Scriptorem hunc nomine *corporis* substantiam materia aliqua ut ut subtili concretam significare voluisse, an erat ista fortasse indubia, Doctisque omnibus communis assertio, ut asseveranter adeo pronunciatet, *Quis negabit?* Quia fronte id quasi inconcussum, certumque dogma, nec ullius probationis indigens proferre potuisset? Nulla cette ad eam rem aut sacrarum litterarum testimonia, aut placita veterum profert. Nec Catholicorum modo haec fuit unquam sententia; sed ipsem Tertullianus neverat ab aliis Philosophorum Scholis corporalem Deum, ab aliis incorporealem defendi? Sic enim de natura Dei disputans ait: (b) *Alii incorporealem asseverant, alii corporalem, ut tam Platonici, quam Stoici.* Denique etsi communem eam fuisse Tertulliani state doctrinam concederimus, (quo nihil a veritate abhorret magis) multo erat

(a) L. co. Herm. c. 44. (b) Apologet. c. 47.

erat sane facilius corpoream approbare animam humanaam , quam Deum . Enim vero quum ille de Anima differit , quam materia vere constare censem- bat , plurima ad id comprobandum argumenta con- gerit tum ex Sacris Codicibus , tum ex Philosophia , ac Medicorum arte deducta que paullo post comme- morabimus . Solum ne quum de corpore Dei na- turae statuenda agebatur , satis erat ad universorum ho- minum judicium provocare , & dicere : *Quis nega- bit Deum corpus esse?* At enim rectissime ad commune judicium , quum id diceret , provocabat ; quippe qui corpus nominans Deum , nihil affirmabat amplius quam esse illum rem substantem , plenamque quo- dammodo , non inanem & vacuam , et si spiritus sit ; quo vocabulo , ut supra animadveriimus , halitus quandoque , aut accidentatio qualitas significatur . Simili quadam loquendi formula nos ipsi in familia- ri sermone utimur , quum dicimus extrin corpore quidquid leve & vacuum est ; & futili orationi , ina- nique suspicioni nullum inesse corpus pronunciamus . Quid ? Quod eandem , que in Tertulliano accusa- tur , sententiam , atque ipsa prope verba usurpat Phoebadius (a) Agenni in Gallia Episcopus in libro contra Arianos ; (b) nemo tamen inventus est qui Doctorem Sanctissimum reprehenderet . Postquam enim asseruit Deum ex eo quod Spiritus sit , invisi- bilem esse , atque impassibilem ; iisdemque dotibus

præ-

(a) Hunc commendat Hieron. de Viris Illust. c. 108. *Phoe- badius*, inquit, *Agenni Galliarum Episcopus edidit contra Arianos librum.* Dicuntur, & ejus esse alia opuscula, que necdum legi. Vivit usque hodie decrepita senectute. Sever. Sulp. L. 2. *Phoegadium* vocat: Græci Interpres libri de Viris Illust. *Soebadium*: alii aliter hoc nomen scribunt. Latinus censet eundem esse, quem *Sabbatum* nominat Gennad. de Vir. Illust. (b) Tom. 4. Bibl. Patrum .

prædictum Verbum ex Deo genitum, sic prosequitur: *Dei sermo non sonus vocis, sed res substantiva, ac per substantiam corpulentiva.* Non enim sine substantia constitut quod de tanta substantia fecit. Nihil ergo vacuum de pleno, nihil inane de solido, quia *Dei sermo Spiritus Dei Christus instrutus est, &* ut evidenter dicam, *sermonis corpus est: corpus enim spiritus, sed corpus sui generis.* Nam & invisibilis, & incomprehensibilis spiritus: Numquid tamen inane, & vacua res Deus?

6. Neque maiorem difficultatem creat, quod Filius in effigie Dei constitutus dicatur. Id enim sonat effigies, quod forma nomine expresserat Paulus ad Phil. 2. *Qui cum in forma Dei esset non raving arbitratus est esse se aqualem Deo; quem locum profert ibidem Tertullianus: Qui vero hisce vocabulis materiem significari concludit, ignatum esse ilium, ac rudem latini sermonis necesse est; quum M. Tullius effigiem probat, & formam bonefatis dicere non dubitaverit. Ait enim (a). Reliquis effigiem, & humanitatem, & probatam sua Filium, & alibi. (b) Formam quidem ipsam, & tanquam faciem bonefisi vides. Effigies igitur, & forma Dei, imo etiam *imago & figura* (c) ab Apostolo dicitur Filius ad ejus cum paterna substantia similitudinem demonstrandam. Tantum vero absit ut Septimius Verbo figuram tribuat corporum propriam, quin in ejusdem libri decursu, ubi æternum manere in sua forma Sermonem afferit, expresse corpoream figuram removet, quam assumptæ humanitati tantum posse convenire confirmat. En eius verba: (d) *sermo autem Domini**

(a) L. 2. de finib. c. 18. (b) L. 1. de Offic. (c) Ad Colos. 1. ad Hebr. 1. (d) L. co. Prax. c. 27.

mini manet in eorum PERSEVERANDO SCILICET IN SUA FORMA. Quem si NON CAPIT CONFIGURARI, consequens est ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne, & manifestatur, & videtur, & contredicatur per carnem. Neque aliter disputat laudato in loco Phocbadius. *Effigiem, formam, corpus* nihil re vera aliud apud hunc Scriptorem sonare, quam extantem essentiam rei demonstrant pariter consequentia. Sed & invisibilia illa quacumque sunt, habent apud Deum, & suum corpus, & suam formam, per qua soli Deo visibilia sunt: quanto magis, quod ex insuis substantia missum est, sine substantia non erit? Miror huc a nonnullis ad Septimii accusationem ingerendam asserti, que ejus cause maxime favent. Cedo enim, si nomine corporis cum hic, cum superius materiem aliquam intellexisset, quid fuisset ejus ratiocinatione stolidius? Sic enim disputasset: Creata omnia, licet invisibilia, sunt materialia, perque suam materiem visibilia sunt Deo: multo igitur magis materialis est sermo, atque adeo Deus, ex cuius ille substantia prodiit. At suspicari ne in ingeniosissimo Viro (a) tantam stupiditatem possimus, ut a Praxea vellet eo magis creatis rebus materialem censerit Deum, quo longius creatureas Creator excedit? Num satis fortasse non erat substantiam creatis rebus tribuere, ut Verbum quoque substantia minime carere concluderet, nisi materiale praeterea corpus iisdem adiungeret? Quis non videt nomine corporis formeque accipi rei ipsius substantiam? Quia intelligentia semel constituta antecedentibus

(a) Vinc. Lirin. lib. adv. prof. hær. novit. sic de Tertull. loquitur. *Ingenio vero nonne tam gravi, ac vehementi excelluit ut nibil sibi pene ad expugnandum proposuerit, quod non aut acmine irruperit, aut pondere illigeret?*

ibus consequentia mire consentiunt. Nam quemadmodum superius dixerat non posse carere *substantia*, quod de tanta *substantia* processit. Et tantas *substantias* fecit, ita ex eo, quod in rebus ipsis invisibilibus sua est *substantia* agnoscenda, quam divinus attingit intuitus, rectissime rursum concludit. Quanto magis, quod ex ipsis *substantia missam* est, sine *substantia* non erit? Quid rogo in hac iusta disputatione materiem, quid corpoream erat suam praesert?

7. Denique ut accusationem hanc omnem a fundamentis quodammodo cveriamus, redeundum est ad eam, quam in Tertulliano reprehendunt tentiam. *Quis negabit*, inquit, *Deum corpus esse, et si Deus spiritus est?* *Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie.* Ita plane. Verum num corpus tantummodo Deum nominat? Corpus illum dicit quidem, sed Spiritum simul esse confirmat. Hec vocabula si rigide accipiantur invicem pugnant. Nam spiritus nomine substantiam Philosophi intelligunt expertem materiam: corpus vero illud vocant, quod materia concretum est. Itaque necesse est Scriptorem hunc alterutri vocabulo sensum improprium tribuisse. Quae cum ita sint, primo donec manifestis argumentis non convincatur Tertullianus materialem fecisse Deum, qua aequitatis lege dicemus spiritum potius in sensu improprio ab illo acceptum, quam corpus? Juvat hic illud repetere de quo Scriptor hic ipse Praxeam monet. *Jam nunc queritur quis quomodo utatur aliqua re, et vocabulo ejus.* Quandocumque ambiguæ dictiones occurunt, regulæ criticæ docent, Scriptoris mentem esse ex totius operis contextione, ceterisque adjunctis colligendam. Ceterum quotusquisque est Sanctorum Patrum, cui nota aliqua erroris inuti, si lex illa negligetur,

non

non posset? Quum igitur Tertullianus & spiritum nominet Deum, & corpus, erit secundo inquitendum, quasnam ille proprietates attribuat Deo, ut inde constet, utram duarum appellationum sensu proprio, utram in proprio usurpaverit. Nimisrum si Deo tribuat, quae sunt propria corporum, merito colligenus, cum de vero corpore fuisse locutum: si corporum proprias dotes a Deo removeat, tum necesse erit concludere, eumdem in Deo experientem materię spiritum agnoscisse; corporis autem non nisi nihil nisi substantiam significasse, quae accidenti vacuoque opponitur; quemadmodum nos orationis corpus, & corpus juris vocare ipsam orationis, ac juris substantiam, summamque consuevimus. (a) Ille sane hac disputandi ratione utitur, quum de anima Hominis loquatur, quam ut vere corpoream esse demonstraret, iis instructam dōtibus, quas corporum proprias Philosophi docent, conatur ostendere.

8. Videamus jam utrum purus spiritus, a veri corporis proprietates conditori rerum assinet. Itaque corpus est impenerabile. Definitam extensionem habet, & certam figuram, qua circumletabitur. Est mobile; dividuum; sensibile; corruptibile, & caducum. Age jam. Num horum quidam de Deo assertit Tertullianus? Immo vero plane

(a) Generalem hanc significationem vocabulo *corporis*, abstractamque tribuit alibi non emel Tertullianus. Ita Apolog. c. 26. Deum esse affirmans Regnum ac temporum moderatorem ait: *Videte . . . ne ille vices dominationum ipsi temporibus in seculo ordinavit, qui ante omne tempus fuit, & SÆCULUM CORPUS TEMPORUM FECIT.* Et ibi c. 39. vocat *Corpus Cœtum Ecclesie: Corpus sumus de conscientia Religionis, & discipline unitate, & freti fædere.* Similia habent Arnob. I. 1., & Cassian. I. 2. de Insit. Monac. c. 5.

ne contraria . Nemo illo magnificentius loquitur de immensitate Dei , qua & locum nescit , & motum ; ac per ea , quæcumque extant , infusus occupat omnia atque complectitur , nullo ipse initio , aut fine conclusus . *Ante omnia , inquit (a) enim Deus erat solus , & Mundus , & locus , & omnia ; Eumque (b) ait esse ; quem credimus ubique esse , & ubique apparere : cui & inanimalia , & incorporalia laudes canant apud Danielem .* Quam vero illa præcliri , Deoque digna , dum impium Marcionem alloquens (c) affirmat Deum summum esse magnum , in eternitate constitutum , innatum , infestum , sine initio , sine fine . Ex quo unicum illum esse argumentatur . Ergo (d) unicum sit necesse est , quod fuerit summum magnum , par non habendo , ne non sit summum magnum . Hæc de Deo Septimus ; quem adeo circumscribi loco non putat , ut infinitam non esse materiem contra Hermogenem inde concludat , quod illa existat in loco : (e) Non ergo erit infinita materia , qua dum in loco est , a loco determinatur . Figuræ vero non modo expertem agnoscit Deum ; sed veram a Filio Dei carnem suscepram demonstrat ex eo , quod figuratum se se exhibuerit , ut (f) alias notatum est . Præterea si qua figura delineatum Deum existimasset , illud ibi asserere potissimum debuisse , ubi Hominem ad imaginem , ac similitudinem Dei factum commemorat . At tam longe aberat ab ea insanus Tertullianus , ut imaginis illius rationem non in corpore Hominis , sed in liberi arbitrii posibilitate collocet eam ob caussam , quia (g) corporales linea , quibus figura corporis designatur , simili-

(a) L. co. Prax. c. 5. (b) L. co. Hermog. c. 44. (c) L. t. co. Marc. v. 2. (d) Ibid. (e) L. co. Herm. c. 28. (f) Num. 6. (g) L. z. co. Marc. c. 5. quem locum integrum dabimus §. 2.

litudinem Dei referre nullam queunt ; quoni nullis
ille lineamentis distinctus sit , sed uniformis totus ,
ac simplex . Invisibilem cohaerenter esse eundem (a)
docet , Et nemini visum his verbis : Patrem nemini vi-
sum etiam commune testabitur Evangelium : NEMO
COGNOVIT PATREM NISI FILIUS . Ipse enim , &
veteri Testamento pronunciarat : DEUM NEMO VI-
DEBIT , ET VIVET ; Patrem invisibilem determinan-
tis , in cuius auctoritate , & nomine ipse erat Deus ,
qui videbatur , Dei Filius . Individuum pariter , im-
mutabilem , informabilem , ut aeternum declarat in-
quiens : (b) Deum immutabilem , & informabilem
credi necesse est , ut aeternum . Et rursus : (c) Si &
materia eadem aeternitate censemur , neque initium ba-
bent , neque finem ; eadem ratione non poterit pati
disperitionem , & demutationem , qua nec Deus .
Eundem incorruptibilem expressius docet , atque ob
hanc nemini alteri communem dorem solum beatum : (d) Solus Deus de incorruptibilitatis proprietate
felix . Eadem ratione impassibilem necessario esse
contra Praxeam probat non Patrem modo , sed ab eo
genitum Filium , dicens : (e) Tam autem incompassi-
bilis Pater est , quam impassibilis etiam Filius ex ea
conditione , qua Deus est . Qua propter illa Christi
mortientis verba commemotans . Deus , Deus meus ,
ut quid dereliquisti me , haec in eadem disputatione
subtexxit : (f) Sed & vox carnis & anima , ideo Ho-
minis , non sermonis , nec Spiritus , ideo non Dei ,
propterea emissus est ut impassibilem Deum offendiceret .
qui sic Filium dereliquit dum Hominem eius tradidit
in mortem . Cupiditatum quoque five passionum mo-
tus

(a) L. 2. co. Marc. c. 27. (b) L. co. Prax. c. 27. (c) L. co.
Herm. c. 39. (d) L. 2. co. Marc. c. 16. (e) L. co. Prax. c. 29.
(f) Ib. c. 30.

tus a Deo penitus removet, sic generatim praescribens : (a) *Deus nulli passioni subiacet.*

9. Rogo jam: quum distincke adeo expresseque Tertullianus ea omnia a Deo removeat, quæcumque corpori, maietique latissimo licet sensu acceptis convenientiunt, erit ne adhuc qui non videat, cum, dum & spiritum appellat Deum, & *Corpus*, *Spiritus* quidem nomen sensu proprio, *corporis* autem improprio accepisse? Atque ut cætera omittamus, si corporalem Deum putasset, cumdem profecto a certa loci determinatione eximere nequivisset: hanc enim corporalium Entium necessariam esse legem afflavit, ut nimicum certo sint loco. Etenim sic ille (b) Hermogenem rediuguit, *Dans autem locum bono, & malo, corporalia ea facit, faciendo localia: quis que locum habent, prius est, ut corporalia sint. Denique incorporalia proprium locum non haberent, nisi in corpore, quum corpori acciderint.* Ita videlicet de essentia corporis ratiocinatur Septimus iis ipsis in libris, unde ejus accusatio ducitur. Præterea nonne hoc ille tanquam certissimum pronunciatum constituit? (c) *Omne corporale passibile est.* Enimvero qui potuisse corpus nihilominus censere Deum eodem illo in libro contra Præream elucubrato, in quo non semel impossibilem proorsus Deum, aique incompassibilem esse pronunciat? Quis igitur ex scribentis proposito, ex conditione Adversariorum, quos confutabat, ex vi ipsa verbotum, perpetuaque argumentandi ratione non colligat, nihil illum voluisse aliud, quum dixit, (d) *Spiritus esse corpus sui generis in sua effigie;* nisi veram substantiam

(a) L. de Anima c. 29. (b) L. co. Herm. c. 41. (c) L. de Anima c. 7. (d) L. co. Prax. c. 7.

tiam esse Deum, quamvis sit Spiritus; nulla tamen specie materiae qualiscumque concretum; quemadmodum effigiei, formaque vocabulo non figuram intelligebat, sed essentiam ipsam suis proprietatibus constitutam, & quasi formatam? Idque ex eo iterum patet, quod ex sua illa contra Praxeam disputatione tandem concludit dicens: (a) *Quacumque ergo substantia sermonis fuit, illam dico Personam, & illi nomen Filiū vindico.* En genus corporis, de cuius erat veritate, ac demonstratione sollicitus, ipsa nempe Verbi in se ipso existantis substantia.

10. Qua haec tenus de corporis vocabulo disserimus, eadem explicando alteri loco. serviunt, qui ex libro contra Hermogenem profertur; in quo nimis Tertullianus Sophiam, sive Verbum Divinum vocat materiem, atque in hunc modum ratiocinatur: (b) *Si necessaria est Deo materia ad opera Mundi, ut Hermogenes existimavit, habuit Deus materiam longe digniorem, & idoneiorem, non apud Philosophos affirmandam, sed apud Prophetas intelligendam, Sophiam suam scilicet:* & paulo post: *Quis non habet fontem omnium, & originem commendet, materiam vero materiarum, non sibi subditam, non statu diversam, non motu inquietam, non habitu infirmem; sed insitam, & propriam, & decoram, quali Deus potuit equissē sui magis, quam alieni egens?* Materię nomen hic Verbo, quod Sapientia Dei vocatur, accommodat. Sed nemo hoc in loco metaphoram non senit. Quam enim velle Hermogenes æternam esse materiem ita, ut ex illa educi rerum hæc universitas posset, reponit Tertullianus, non fuisse Creatori Deo materiem alteram-

(a) L. co. Prax. c. 7. (b) L. co. Herm. c. 18.

necessariam , quum Sophiam , ac Verbum haberet secum . & quemadmodum nos diceremus non eguisse Deum præparata ante materie ad Mundum creandum , quippe qui ex infinito Sapientie suæ th̄-santu edere illum potuit , uis revera edidit ; ita metaphora utens vividiore Septimus ait , præsto fuisse Deo longe digniorem materiem , aique aptiorem ; Sapientiam videlicet suam , suumque Verbum , quo utique fieri omnia poterant , & sane facta sunt omnia . *Materia* nimirum nomine pro sermonis opportunitate appellavit subſtinentem Dei Sapientiam eadem plane sensu , quo *subſtantiam* illam , & *corpus* cum Præcea disputans appellaverat . Eadem vero *materiem* *materiarum* vocat , quasi diceret subſtantiam subſtantiarum ; illam nempe , que , ut ibidem (a) loquitur , de tanta *subſtantia* processu , & tantas *subſtantias* fecit .

(a) L. co. Ptax. c. 7.

§. II.

Excerpta ex libro secundo contra Marcionem
Capite 16.

1. **V**ldetur hoc in loco Tertullianus distingue in Deo animam & corpus ; & propria eidem membra , verosque sensus tribuere ; atque a nostris sensibus etenim differentes , quatenus a nostro differt Divinum corpus . Sic enim loquitur : *Quanta erit diversitas divini corporis , & humani sub iisdem nominibus membrorum , tanta erit & animi divini , & humani differentia sub iisdem fieri vocabulis sensuum : quos tam corruptior efficiuntur*

sicut in Homine corruptibilitas substantia humana, quam incorruptioris in Deo efficit incorruptibilitas substantia divina. Et paucis interiectis sic pergit de Deo differere. Omnia necesse est adibeat propter omnia; tot sensus quot & causas. Et iram propter scelestos, & bilem propter ingatos, & amulationem propter superbos; & quidquid non expedit matis. Sic & misericordiam propter errantes, & patientiam propter non respicientes, & præstantiam propter merentes, & quidquid bonis opus est: qua omnia patitur suo more, quo eum pati concedet; propter quem Homo eadem patitur aque suo more.

2. At primo, qui hæc in Tertulliano reprehendunt, sacram scripturam pariter reprehendant oportet; quæ oculos Deo, & frontem, & naribus & aures attribuit, & ea denique omnia, quæcunque ad corpus sensusque corporeos pertinent: euidenter non irasci modo, sed furere, & penitere, & stomachari, affirmat, & vomere: & animam Deli scipiis nominat; eumque spirantem, quod peculiare animæ officium est, & loquentem inducit. Secundo ut constet mentem Auctoris hoc in loco Scripturæ penitus consentire, satis est errorem Marcionis, quem ille refellebat, cognoscere. Duos Marcion fingebat Deos, (a) bonum alterum; alterum Mundi Creatorem; quem malum esse inde etiam inferebat, quod suppliciis ærumnisque Homines premat. Tertullianus huic cavillationi occurrentis reponit, ad boni Judicis officium spectare non æquitatem modo, verum ipsam quoque iracundiam in eos, & criminum punishmentem. Ut autem cavilles Hæretorum dissolvat

(a) Id referunt Tertull. l. 1. co. Marc., Iren. l. 1. de
hær. c. 29., Philaf. l. de hær. c. 17., Aug. l. de hær. c. 24.,
Teod. l. 1. hær. fab. c. 24.

argumentantium : (a) *Si Deus irascitur, & amulatur, & extollitur, & exacerbatur ; ergo & corrumperetur ; ergo & morietur* : adinonet eodem sensu hæc esse accipienda , quo sacra loquuntur litteræ ; quum Dei manus , pedesque nominant ; ita nempe , ut , quimvis terrenis rebus convenientia vocabula usurpentur , nihil tamen nisi divinum proflus , deoque dignum intelligamus . (b) *Discerne substantias* , (hac ratione urget Hæreticum Tertullianus) & suos eis distribue sensus tam diversos , quam substantia exigunt ; licet vocabulis communicare videantur . Nam & dexteram , & oculos , & pedes Dei (c) legimus : nec ideo tamen humanis comparabantur , quia de appellatione sociantur . Quanta erit diversitas divini corporis &c. Hic reliqua consequuntur objecta superius , quibus hæc statim subjungit : *Certe Deum confiteris Creatorem ? Certe , inquis . Quomodo ergo in Deo humanum aliquid existimas , & non divinum omne ? Quem Deum non negas , confiteris non humanum : siquidem Deum confiendo , prejudicalli utique illum ab omni humanarum conditionum qualitate diversum . Nihil sane hic dicit Tertullianus , quod Catholicus quisque non dixerit . Eadem nimium ratione , qua Dei membra nominantur , affirmat animam quoque , & corpus illius , & sensus sumi oportere ; ita ut quandocunque ista proferimus , nihil tamen omnino nisi divinum cogitemus ; licet quantum perfectionis creatis inest rebus , id totum summo rerum omnium Conditori tribuamus . Idem aliis verbis Scholastici effarent ; dicentque creatam quamlibet perfectionem eminenter in Deo , non tamen formaliter , qualisque cunque est , contineri . Quod si dum incorruptioris Dei*

(a) L. 2. co. Marc. c. 16. (b) Ibid. (c) In factis litteris.

Dei sensus vocat, eosdem tamen putasset corporeos,
 & sola materie specie humanis perfectiores; corpora-
 rem quoque bitem in Deo agnoscere dicendus esset.
 At enim poterat ne Homo non bardus ac stupidus
 individuum simul, immutabilem, impassibilem, in-
 compassibilem, figura nulla, nullisque discretum
 linceis censere Deum, qualem describi superius (a) ab
 eodem vidimus; & fluentem nihilominus in Dei
 corpore, nuncque extuantem, nunc sedatam bitem
 cogitare? Metaphoram igitur bilis, ac sensuum
 usurpat more suo ad severitatem Divini Judicis in-
 dicandam, imitatus scripturam, qua dum pedes,
 oculosque Dei nominat, non agiliores quodam-
 pedes, aut oculos perspicaciores eidem attri-
 buit; sed hisce vocabulis attributa incomprehensi-
 bilis illius naturae adumbrat, & exprimit. Neque
 hoc uno in loco metaphora utitur sensuum Africana-
 nus Scriptor ad intellectum videlicet mentemque
 significandam; quod quidem non ceteri tantum Pa-
 tries, sed Magistri ipsi (b) latinitatis faciunt. Atque
 ut aliquot hujus rei exempla offeramus; *Quid erit,*
inquit, (c) sensus, nisi ejus rei, qua sentitur, intel-
lectus? *Quid erit intellectus, nisi ejus rei, qua intel-*
ligitur, sensus? Hæc ille, qui convenienter ad hanc
 ejus vocabuli intelligentiam, cum illo ipso, quem
 hic refutat, Mæcione disceptans (d) contumacium
 Judeorum perfidiam, de qua Esaias loquitur, (e)
 appellat sensuum obtusionem: (f) *Hanc enim,*
inquit, obtusum salutarium sensuum meruerant la-

B 3

biis

(a) §. 1. n. 8. (b) Cic. I. 1. Epis. fam. ep. 9., & I. 15. ad
 Attic. ep. 7., Terent. in Aiel., Quintil. I. 9. c. 5. (c) L. de
 Anima c. 18. (d) L. 3. co. Marc. c. 6. (e) Esai. cap. 6. (f) L.
 3. co. Marc. c. 6.

bis diligentes Deum, corde autem absentes ab eo.

3. Verum instant. Si nomine corporis, sensuumque nihil ille praeter purum Spiritum intellexit; quid censemus eum nomine animæ, quam Deo tribuit, significare voluisse? His ego primum respondeo; quod quum individuum ille proorsus afferat Deum, disputari quidem fortasse poterit, materia ne aliqua tui generis constantem ejus universam substantiam fixerit; Deum vero in animam & corpus partiri omnino non potuit. Secundo quam, rogo, difficultatem nos in Tertulliani sermone repetiemus; quum Scriptura ipsa, ut supra monuimus, praeter humana membra, animam quoque Dei, & Spiritum memoret? Igitur ab Adversariis vicissim ut inibi respondeant, postulo. Si quando Dei oculos, & cor, & motum, & manus in sacris codicibus legimus, nihil debemus, nisi Sapientiam, Misericordiam, Providentiam, Potentiam, & cætera attributa Dei intelligere, quid existimabimus, eam nomine animæ, mentis, sapientiaeque Divine significare voluisse? Quam illi ad Scripturæ verba interpretationem afferent, hanc ego Tertulliani dictiōnibus accommodabo; qui nihil plane se dicere profitetur, quam quod factæ litteræ passim usurpant. Itaque sive Dei corpus, ac membra, sive animum, hujusque dotes, ac propria officia nominari audiamus, eamdem semper Divinam Essentiam indicari noverimus; sed modo ap̄tis, justisque expressam vocabulis, modo impropriis, atque ad vulgi captum accommodatis. Neque alia profecto esse praeter hanc unam Scriptoris nostri mens poterat; quippe paullo ante objectum locum, imaginem Dei, ad quam Homo est factus, in liberi arbitrii potestate sitam, non in corpore ejusdem esse

esse inde argumentatur, quod Homo *uniformem* Deum, nempe lineamentorum expertem, ac simili-
cēm repræsentare corporalibus lineis ullatenus ne-
queat. Liberum, inquit, (a) & sui arbitrii, & sue
potestatis invenio Hominem a Deo institutum; nullam
magis imaginem, & similitudinem Dei in illo animad-
vertens, quam ejusmodi status formam. Neque enim
facie, & corporalibus lineis tam variis in genere hu-
mano ad uniformem Deum expressus est; sed in ea
substantia, quam ab ipso Deo traxit, idest anima ad
formam Dei spondentis, & arbitrii suæ libertate, &
potestate signatus est. Quis hæc scribenter Tertul-
lianum Antropomorphitis accenseat; qui illam pla-
ne Divini testimonii (b) interpretationem fugillat,
& improbat, secundum quam Homines illi impe-
riri, & rudes in humano corpore formam divinæ
imaginis statuebant; ex qua interpretatione origo
omnis, & causa (c) corpori Dei fingendi desump-
ta est.

(a) L. 2. co. Marc. c. 5. (b) Genes. c. 1. (c) August. hær.
50., Theodoret. l. 4. hær. fab. c. 10., Caiuanus Collat. 10.

§. III.

Excerpta ex libro de Resurrectione carnis *Capite 6.*

AD Resurrectionis dogma firmandum hic li-
ber conscripus est. Porro eorum errorem
confutaror, qui ignobilitatem carnis exaggerabant,
ut eam resurrectam negarent, demonstrat Auctor
(a) humani corporis nobilitatem, illustratque ex di-
gnis-

gnitiae Artificis, qui illud formavit. Hujus deinde argumentum vim auget (a) describens accuratius modum, quo carnem formasse Deus narratur. Ejus verba audiamus. *Persequar itaque propositum, inquit, si tamen tantum possum carni vindicare, quantum conculus ille, qui eam fecit, jam tunc glorianem, quod illa pusillitas, (b) limus in manus Dei, QUÆCUNQUE SINT, pervenit, satis beatus, & si solummodo contactus. Quid enim, si nullo amplius opere, flatim figuramentum de contactu Dei constitisset? Adeo magna res agebatur, qua ista materia exstructebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia, & ipsa in primis affectione, qua linearimenta distabat. Quocunque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur Homo futurus. Hæc visa sunt Petavio, ut quainvis de Tertulliano loquens (c) dixisset: *Videtur corpus sic usquepassus, ut idem sit ac substantia, eodem tamen in loco sic statuat (d): Sed de Tertulliano pluribus agere nihil attinet, qui quidem de manibus & contactu Dei, quum de formato ab illis Homine primo loquitur, paullus crassius, quam Christianum minime rudem deceat, sensisse mibi videtur.* Et sane quum ille ad excellentiam carnis ostendendam in eo vim faciat, quod non momento, simplicique contactu exstructa conficerit; sed illam Deus optimus nunc decerpso limo, nunc addito, deductoque, quod Figuli faciunt, paullatim effinxerit, corporei Formatoris imaginem non*

(a) L. de Resur. car. c. 6. (b) Ignotum illud videlicet lutum, ac vile. (c) Tom. i. l. 2. de Deo c. 1. n. 5. (d) Ibid. n. 7.

non obscure exhibet. Jam enim dixerat (a) nobilissimam esse oportere carnem, quæ digna tanto Artifice fuerit. *Incipiat jam tibi caro placere, cuius Ar-sifex tantus est.* Verum quod antea ex Artificis ut-
cunque agentis conditione deduxerat, id nunc ex
diligentia agendi confirmat. Secundo quam Adver-
satii ad argumenti vim minuendam ex Artificis ina-
jestate ducti ibidem exciperent: *Sed & Mundus Dei
opus est, & tamen præterit babitus bujus mundi:* re-
ponebat Tertullianus, Mundum quidem sola Dei
voce creatum. *Caro autem & sermone Dei confitit
propter formam, ne quid sine sermone: FACIAMUS
ENIM HOMINEM, ante præmisit: & AMPLIUS MA-
NU propter prælationem, ne universitati comparare-
tur: ET FINXIT DEUS HOMINEM.* Præter sermo-
nem adhibitam quoque manum fuisse in formanda
carne testatur etiam in opere contra Marcionem:
(b) *Eam quoque Bonitas, & quidem operantior ope-
rata est, non imperiali verbo, sed familiari manu....*
Bonitas dixit: Bonitas finxit Hominem de limo. Jam
vero si purus spiritus sit Deus, & nihil propterea
nisi metaphoram hic sonet manus, quid potest ad
carnem præ rebus cæteris commendandam conferre,
quod non sermo illam tantummodo, verum etiam
divinus contactus effinxerit? Tertio, præterquam-
quod non appetat causa, cur metaphora manuum uti
vellet ad operantis Dei potentiam designandam;
quandoquidem simul cum manu providentiam illius,
& sapientiam, & opus distincte nominat; ip-
sum argumentandi genus suspicionem metaphoræ
omnem videtur excludere. Etenim non ex forma-
trice Dei manu dumtaxat, verum etiam ex iterato
ejus-

(a) Cap. 5. ejusdem libri. (b) L. a. co. Marc. c. 4.

ejusdem contactu laudes carnis exaggerat. Totiens, inquit, honoratur, quotiens manus Dei patitur; dum tangitur, dum describitur, dum deducitur, dum effingitur. Quid autem, ajunt, ea argumentatione esset ineptum ac ridiculum magis, si nedium iteratus contactus, sed ne tactus quidem ullus, aut ulla Dei lumen tractantis manus fuisset?

2. Nihil dissimulavimus eorum, quæ contra Scriptorem hunc facere videntur. Hæc tamen omnia fide salva dici potuerunt; atque id unum nos cogunt repetere, quod de Tertulliano scriptum colliquit Laetantius (a): *Fuit quidem omni genere interarum prædictus, sed in eloquendo parum facilis, minus compitus, & multum obscurus.* Ce crux sicuti scriptura deliberantem, & quasi consultantem super Hominis formatione Deum inducit ad praefrantiam operis designandam; ita Scriptura infiltrans Septimiū allegoriam pro ingenio suo persequitur, ut ex creationis modo dignitatem carnis, quod erat ejus institutum, exornet. Etsi enim quæ de contulante Deo, & manum operi admovente narrantur, allegoricum sensum contineant; illa ipsa tamen figurata locutio, qua Scriptura utitur, docet cujus excellentia opus illud futurum esset, in quo moliendo, perficiendoque occupata quodammodo Conditoris supremi studia representantur. Audiatur Chrysostomus in hunc locum. *Vidissi, inquit, (b) sermone solo, & præcepto omnem creaturam quinque diebus signari. Vide hodie, quanta verborum diversitas.* Non enim jam dicit: *fiat Homo.* Sed quid? *Faciamus Hominem secundum imaginem nostram, & secundum simi-*

(a) Inflit. divin. I. 5. c. 1. (b) Hom. 8. in Gen. Similis est animadversio Theop. I. 2. ad Autol., Nifs. I. de Hom. opif. c. 3., Cyr. Al. glaph. I., & Greg. M. I. 9. Mor. c. 27.

similitudinem . Quid hoc novi ? Quid rari ? Quisnam ille , qui formandus ; ad quem faciendum opifici tanto consilio & circumspetione opus ? Ne mireris dilecte . Homo enim inter visibilia omnia dignitate praeclit ; & paulo post : Nunquid consilio , & circumspetione opus habet ? Absit . Quid ergo ? Figura verborum declarare voluit quam excellentem bonorem Homini , qui formabatur , impendit . En quomodo S. Doctor ex iis ipsis , in quibus meram agnoscit metaphoram , demonstrati nihilominus assertit humanæ carnis singularem præstantiam . Quod rursum confitmat hom . 10. ubi ait : Et consilium , & ut ita dicam studium addibuit omnium Opifex , ut ipsa formandi figura Hominis dignitatem offendere . Eodem argumentandi genere utitur Tertullianus , qui longius dumtaxat sacra narrationis figuram protrahit : neque ad vim argumentationis retinendam opus profecto est ejus verba alio sensu , quam allegorico interpretari .

3. Neque abs te erit fortasse illud animadverte , quod licet præter opus , manusque divinas , consilium quoque , sapientiam , ac providentiam nominet in Homine condendo adhibiras , potentiam tamen filer ; quippe quæ sat sibi figura manuum , & operis adumbrata iam fuerat . Præterea non casu , opinor , quum Dei manus appellat , illud atroxit *que*-cunque illa sint : hac profecto adjectione significat aliud quid in ejus verbis latere , quam obvias sentias præseferas . Quid ? Quod Auctor ipse aperte declarat quam longe absit a corporeis Deo manibus tribuendis dum ait , (a) sermone ejus Cœli firmati sunt , & spiritu ipsius universa virtutes eorum . Hic est Dei dextera , Dei & manus amba , per quas opera-
tus

(a) L. co. Herm. c. 45.

tus est, atque molitus est. Opera enim manuum tuarum, inquit, sunt Cœli; per quas & mensuram est terram, & palmo Cœlum. Hæc nimirum declarant, quænam sint in Tertulliani sententia manus Dei; Filius nimirum illæ sunt, & Spiritus Sanctus; quibus divina opera in sacris codicibus attribui solent.

4. Verum si tota sermonis contextio consideretur, nihil est ad eos convincendos opportunius, qui figuratas hujus Scriptoris dictiones sic accipiunt, quasi sensum proprium referrent. Postquam enim non alias esse Dei manus testatus est, quam Verbum, & Spiritum; ad usitatas iterum metaphoras rediens sic pergit. *Noli ita Deo adulari ut velis illum solo visu, & solo accessu tot ac tantas substantias protulisse; & non propriis viribus instituisse.* Sic enim & Hieremias commendat: *Deus faciens terram in valentia sua; parans Orbem in intelligentia sua; & suo sensu extendit Cœlos.* Ha sunt vires ejus; quibus enixus totum hoc condidit. Major est gloria ejus, si laboravit. Denique septima die requievit ab operibus. Utrumque suo more. Aut si apparens solummodo, & appropinquans fecit hunc mundum; nunc quid cum facere desit, rursus apparere, & appropinquare cessavit? Atqui magis apparere cepit, & ubique conveniret Deus ex quo factus est Mundus. Vide ergo quemadmodum operatione Deus universa constituit, valentia facientis terram, intelligentia parantis Orbem, & sensu extendentis Cœlum: non apparenter solummodo, & appropinquantis, sed adhibentis tantos animi sui nisus, sibi, valentiam, sensum, sermonem, spiritum, virtutem. Qua illi non erant necessaria ut apparendo tantummodo, & appropinquando profectus fuisset. Hac autem sunt invisibilia ejus,

eius, qua secundum Apostolum ab institutione Mundi factis ejus conspiuntur, non materia nescio qua, sed sensualia ipse. Quis enim cognovit sensum Domini? Enimvero si haec ab antecedentibus divellantur, quis radius de Dei natura, ac pinguis loquitur? Verum superiora nos docent, nihil nisi divinum, ac sublime hoc crassioris elocutionis quasi velo contegi: & nisam hunc, & sensum, laboremque operantis Dei nihil re ipsa significare aliud, quam quod scriptura testatur, Verbo Domini scilicet & Spiritu oris ejus hanc omnem, quam cernimus, molem rerum fuisse perfectam. Ista jam conferantur cum iis, quæ in libris de Resurrectione carnis edidisse; constabique non verborum sonum attendi oportere, ut sope monuimus, sed illud potius, quod cum Apostolo Auctor idem pronunciat, Quis cognovit sensum Domini? Nam quemadmodum hic laborantis, enitentisque Dei metaphoram adhibet, ut vividius declareret divina potentia excitatum e nihilo Mundum, non solo Dei ad materiam accedentis intuitu; (quod æternæ materie assertor Hesmogenes coniudebat) ita ad carnis contemptores refellendos, exquisitam Dei in ea fingenda diligentiam allegorica oratione describit; ea tamen semper cautione adjecta, ut, dum humano more de summo Deo disseritur, nihil de natura ejusdem, quam incessam humanæ menti, ac minime enarrabilem Tertullianus ubique testatur, nisi divinum cogitemus. (a)

5. Hac Africano Doctori purgando apud æquos Judices, opinor, abunde sufficiunt; quum & disputa-

(a) Hoc idem Dei Hominem suis manibus, cætera solo verbo efficientis discrimen adnotant Severianus hom. 5., Propter carm. de Provid., Theod. q. 19. in Genes., Prudentius in Apoth.

putationis propositum , dotesque illæ , quas Deo tribuit , & Divinæ naturæ sublimis idea , quam pluti- bus in locis exhibet , ad eum defendendum coalpi- rent . Ita certe ex orationis scopo , contextuque doctrine deducta ratio illa est , quam sequi Critici omnes , ac Theologi solent , ut si quæ in scriptis Patrum occurrent ambiguae , vel obscure dicta , ea ad sensum catholicum exigant . Verum ne quid omittamus eorum gratia , quos crassior rudiorque Septimii stilus nimium offendit , quam ut explicari eum satis commode posse existiment ; placet hic al- terum adducti loci intelligendi modum asserre , qui nobis Scriptotis hujus opera evolventibus in mentem venit ; unde admiratio omnis cessabit , quare ille de Supremo Artifice in formatione Hominis occupatio ea dixerit , quæ crassiora Petavio visa sunt : (a) quam Christianum minime rudem deceat . Nemo igno- rat vetustiorum Patrum judicio , non Angelum . fuisse eum , qui Prophetis , ac Patriarchis videndum se obtulit , sed Dei Filium , atque hunc illi intel- ligiri debere ajunt , non Patrem , quandocunque in Scriptura legimus , visum ab Hominibus Deum_ fuisse . Iis vero argumentis id probant , quibus perinde concluditur cum , qui Adamum fingens e li- mo inducitur , cunderique alloquens , Verbum fuis- se , non Patrem . (b) Ideo enim id Verbo tanquam pro-

(a) Lib. 2. de Deo c. 1. (b) Novatianus de Trin. c. 26. Ecce , ait , idem Moyses refers alio in loco ; quod Abraham visus sit Deus . Atqui idem Moyses audit a Deo , quod nemo Hominum Deum videat , & vi- wat . Si videri non potest Deus , quomodo visus est Deus ? Aut , si visus est , quomodo videri non potest ? Sed non utique Scriptu- ra mentitur . Ergo vere visus est Deus . Ex quo intelligi potest , quod non Pater visus sit , qui nunquam visus est , sed Filius ; qui & descendere scilicet est , & videri , quia descenderit . Imago est enim invisibilis Dei , ut mediocritas , & fragilitas conditionis humanae Deum

proprium tribuunt ; quia quum procedat a Patre ,
eju-dem Angelus , ac Minister est ; quem ille ad
Homines , quum opus sit , mittit . Contra alienum
id esse a Persona Patis pronunciant , quem nemini
proprecta visum Scriptura testatur . Quanquam .

Ada-

*Deum Patrem videre aliquando jam sunt afflueret in imagine Dei ,
hoc est in Filio Dei . Deinde post pauca . Pater fuit iste , qui ab Agar
visus est , an non ? quia Deus positus est . Sed absit , Deum Patrem An-
gelum dicere , ne alteri subditus sit , cuius Angelus fuerit . Sed Angelum
dicens fuisse . Quomodo ergo Deus erit , si Angelus fuit ; quum non sit
hunc nomen Angelis unquam concessum ? Nisi quoniam ex utroque latere
nos veritas in istam concludit sententiam ; quia intelligere debeamus
Dei Filium fuisse ; qui , quoniam ex Deo est , merito Deus : quia Dei
Filius dictus sit , quoniam Patris subditus , & annunciator paternae vo-
luntatis est , magis consilii Angelus pronunciatus est . Eadem consentit
Julianus in dial . n . 127 . dicens : Non existimetis ipsum ingenitum
Deum descendisse , aut aliquo ex loco ascendisse . Neque enim ille non
enarrabilis Pater , & Dominus universorum in aliquem locum venit ;
neque ambulat nec mouetur , nec loco comprehendendi potest ,
immo ne toto quidem mundo ; quippe qui erat etiam antequam
mundus fieret . Quomodo igitur ille aut quenquam alloquatur , aut
cuiquam appareat , aut in angustissima terra parte conspicatur ; quum
ne illius quidem , qui ab eo missus est , gloriam populus in Sina in-
tueri potuerit ? Nec Abraham igitur , nec Isaac , nec
Jacob , nec quisquam ex Hominibus illum omnium omnino , ac ipsius
Christi Patrem , & Dominum non enarrabilem vidit ; sed eum , qui
secundum ipsum voluntatem & Deus est , ipsius Filius , & Angelus
ex eo , quod minister ipsius voluntati . Eadem docet Theophilus
L . 2 . ad Autolycum n . 22 . Et Iren . L . 4 . c . 10 . olim 23 . Et
Cyr . L . 2 . testim . adv . Judaeos c . 5 . , & 6 . Et Epiphanius in An-
cor . n . 29 . Et Hilar . L . 4 . de Trin . Convenienter ad huc Aug .
L . co . Adimant . c . 9 . ait : Itse Dei Filius , qui est Verbum Dei ,
non solum novissimis temporibus , quum in carne apparere dignatus
est , sed etiam prius a constitutioce mundi , cui voluit , de Patre
annuncieavit , sive loquendo , sive apparendo , vel per Angelicam ali-
quame potestatem , vel per quamlibet Creaturam . Eadem docet L .
8 . de Gen . ad lit . c . 27 . , ubi hoc addit Nonnulli Heretici putant
substantiam Filii Dei , nullo assumpto corpore , per se ipsam esse vi-
sibilem , & ideo antequam ex Virgine corpus accipret , ipsum visum
esse Patribus orinantur ; tanquam de solo Deo Patre dictum sit ;
quem nemo Hominum vidit , nec videre potest ; quia Filius visus
sit ante acceptam servi formam , etiam per ipsum substantiam suam .*

Adamum formatum a Dei Filio; atque hunc unum cum illo Parente omnium collocutum affirmant conceptis verbis Novatianus, (a) Irenaeus, (b) Theophilus. (c) Mirum autem videti non debet quod sicuti

(a) Novat. l. de Trin. c. 25. sic loquitur. *Si, ut jam dicimus, Dei Filius est, per quem facta sunt omnia; utique Dei Filius est, per quem etiam Homo institutus est; propter quem facta sunt omnia.* Sed enim Deo precipiente, ut Homo sit, Deus referatur esse, qui Hominem facit: *Facit autem Hominem Dei Filius, Verbum scilicet Dei;* per quem facta sunt omnia; *O* sine quo factum est nihil. *Hoc autem Verbum caro factum est,* *O* habuit uis in nobis. Ergo Christus est Deus. (b) Iren. l. 4 c. 10., olim 23. Quonodo igitur, inquit, testabantur de eo Scriptura? Si enim crederetis Moysi, inquit, crederetis *O* mihi: de me enim ille scripsit: scilicet quod inseminatus est ubique in Scripturis ejus Filius Dei; aliquando quidem cum Abram loquens; aliquando cum Noe, dans eis mensuras; aliquando autem querens Adam; aliquando autem Sodomitis inducens iudicium; *O* pars quoniam videretur, *O* in viam dirigit Jacob; *O* de rubro loquitur cum Moysi. (c) Theoph. l. secundo ad Autol. n. 22. Dicit igitur mihi: Deum dicebas comprehendi loco non debere: quomodo cum nunc in Paradiso dicis ambulare? Audi quid respondeam. Deus *O* Pater universorum non potest illi quidem comprehendendi, nec invenitur in loco; neque enim est locus requiei ejus. Sed ejus Verbum, per quod fecit omnia, quem si ejus virtus *O* sapientia, affluitus Parvus, *O* Domini universorum Personam veniebat in Paradisum sub Persona Dei, *O* cum Adamo colloquebatur. Hic Theophilus, qui paulo post sic prosequitur. Verbum igitur, quum Deus sit, *O* ex Deo genitum, illud Pater universorum, quum ita vixum fuerit, mittit in aliquem locum; quo quum venerit, auditur, *O* videtur missum ab eo, *O* in loco invenitur. Hic obiter animadvertisimus hujusmodi Patrum dicta nihil aequalitati Verbi cum Patre detrahere; et si illud Filio tanquam proprium tribuant, quod sumnum rerum Conditorem decere negant. Quum enim Verbum a Patre sit genitum, huc ipsa processionis proprietas causam suppetit, propter quam vero dici illa de Verbo, salva Divinitatis maiestate, possint. Nam sicuti Filium misit Pater Hominem factum ad Homines redimendos; sic illum porut olim mittere, ut modo in hoc, modo in illo loco sub corpore aliqua specie conspicuus appareret. At quum ratio ista ex processionis relatione ducta competeret

sicuti Mundi universi, ita & Adami creationem. Filio tribuant, licet hunc a summo rerum Condитore distinguant, quem visum ulli Hominum fuisse negant. Etenim quum Adversarii, quibus cun- pagnabant, unicam in Deo Personam agnoscerent, quum Creatorem omnium nominabant, necessarium erat Patribus illum distinguiere a Verbo, ut dupli- cem Personam probarent. Postquam enim constaret non illum, qui creator omnium dicebatur, videlicet Patrem Hominibus apparuisse, sed Filium, con- sequebatur hunc pariter Deum esse; quandoquidem eum, qui Adamo, Moysi, ceterisque est visus, Deum fuisse scriptura confirmat. Patrem vero rectil- sine Conditorem universorum per *appropriationem* appellabant; quippe qui, quum initium omnium sit, atque adeo ipsius Verbi, illam sibi appellatio- nem praeceperunt quodam nomine vindicat. Verum quin hoc sensu Conditorem omnium dicerent Pa- trem, affirmabant simul a Filio omnia immediate fuisse condita. Quamobrem verba illa *Faciamus Ho- minem ad imaginem, & similitudinem nostram* directa ad Filium tanquam ad immediatum Ministram Pa- tris fuisse ajunt Iustinus, (a) Theophilus, (b) No- vationus. (c) Eadem injunctum a Patre munus errandi omnia, asserit Irenaeus. (d) Ju'tinus vero expressius Filium nuncupat *Opificem omnium*, &

C

Crea-

perere nequeat Patri, quippe qui ingenitus est; propterea quod sine divinitatis dispendio explicatur de Filio ob personalem proprietatem, illud de Patre interpretari Doctores illi veteres verebantur, ne quid de ipsismet divinitatis dignitate detrahi videretur. Quanquam quid esse potest ineptius, quam ex ille- dem illis Patrum locis contra divinitatem Filii argumentari velle Hæreticos, in quibus ii toti sunt ut hunc ipsum Filium esse unum cum Patre Deum demonstrent? (a) Dial. num. 62. (b) L. 2. n. 18. (c) De Trin. c. 25. (d) L. 2. c. 8.

Creatorem dicens : (a) Verbum sanctum & incomprehensibile inter Homines locavit, & in cordibus eorum firmam habere sedem voluit; non quemadmodum aliquis coniucere posset, missò Hominibus Ministro aliquo, aut Angelo . . . sed ipso Opifice, & Creatore omnium.

6. Enimvero ut ad Tertullianum redeamus, eadem illi fuit cum Patribus memoraris sententia. Verbum enim designari docet, quum Deus Adamo & ceteris viis suis in vetere testamento narratur. (b) Profitemur, inquit, Christum semper egisse in Dei Patris nomine; ipsum ab initio conversatum; ipsum congressum cum Patriarchis, & Prophetis Filium Creatoris, sermonem ejus, quem ex semetipso proferendo Filium fecit . . . Ille est, qui descendit, ille, qui interrogat, ille, qui postulat, ille, qui iurat: & rursus (c) Ipse enim & ad humana colloquia descendit ab Adam usque ad Patriarchas, & Prophetas. Eadem Verbo totum creationis opus, ipsiusque Adami formationem tribuit (d) Vicarium se Patris ostenderat, per quem Pater & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognosceretur in Filio facta & verba Patris administrante: & rursus (e) Sed & cates a utique idem fecit qui & priora; idest Sermo Dei, per QUEM OMNIA FACTA SUNT, ET SINE QUO FACTUM EST NIHIL. Qui si ipse Deus est secundum Joannem; DEUS ERAT VERBUM; habes duos alium dicentem ut fiat, alium facientem. En igitur quis ille sit Deus, qui suis manibus Hominem fixit; similitum Filius, quo Administro Pater est usus. Eadem alibi pluries repetit (f); Quum igitur Filium

(a) En. ad Diognet. (b) L. 2. co. Marc. c. 27. (c) L. co. Prax. c. 16. (d) Lib. co. Prax. c. 24. (e) Co. Prax. c. 12. (f) L. de Refut. car. c. 6. & 9. & apologet. c. 21 & Leo. Prax. c. 14.

lium Dei cum fuisse Tertullianus putaret, qui carnem Adami effinxit, difficultas profecto omnis, quæ ex luti illa formatione, atque ex repetito Dei contactu ducitur, evanesceret, si quemadmodum visibili forma apparuisse Verbum censuit, ita verum, & solidum corpus ab eo assumptum censuisset. Hoc porro tam clare diserteque afferit, ut vocari in dubium omnino nequeat.

7. Laudati enim superius Patres suscepit olim a Filio sensibilem speciem fuisse uirique docent, qua conspicuum fese Adamo, Moysi, & cæteris redderet; non ajunt tamen solido illum corpore, veroque carne contextum apparuisse. Quin potius contrarium ex Justino colligitur, quam ait (a) *Moysi & cæteris Prophetis in specie ignis, & imagine incorporea visur est.* At Africanus noster longius aliquanto progeditur. Nam et si Verbum tunc primum Hominem factum cum cæteris Catholicis facatur, quando ex Virgine conceptum est, nihilominus speciem illam atque habitum, sub quo olim est visum, veram carnem fuisse censeret, quamvis non natam; & corpus non adumbeatum, sed iisdem membris, quibus nos constamus, compactum; et si ad tempus dimittat, & pro rerum opportunitate susceptum. Idque ideo fortasse sensit, ut veritatem carnis ex Maria acceptæ facilius demonstraret, si illam ipsam temporariam formam, qua olim videri consueverat, veram carnem fuisse ostendisset. Sed ejus jam verba proferamus. Marcionis errorem de umbratili Christi carne confuians sic ratiocinatur: (b) *Angelos Cre-
atoris conversos in effigiem humanam aliquando legisti;
& credidisti;* & TANTAM CORPORIS GESTA SE

(a) Apol. I. n. 63. (b) L. de Carne Ch. c. 3.

VERITATEM ut & pedes eis laverit Abraham, & manibus ipsorum erexit sit Sodomitis Lotb: conlatus quoque Homini Angelus soto corporis pondere dimitti desideravit ab eo, a quo detinebatur. Quid ergo Angelis inferioribus Deo licuit, ut conversi (a) in corpulentiam humanam, Angeli nibilominus permanerent, hoc tu potenteri Deo auferas, quasi non valuerit Christus vere Hominem indutus, Deus perseverare? Aut nunquid & Angeli illi phantasma carnis apparuerunt? Sed non audebit hoc dicere. Et rursum: (b) Constat Angelos non carnem propriam gestasse, us puta natura substantia spiritualis, & se corporis alienus, sui tamen generis; in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus: ut videri, & congrederi cum Hominibus possent. Quod in Angelis, idem in Verbo olim ab Hominibus viso contigisse testatur. (c) Tunc quoque inter illos Angelos ipse Dominus apparuit Abraham sine nativitate; cum carne scilicet, pro eadem causa diversitate; Sed vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui jam tunc & allogui, & liberare, & judicare humanum genus ediscerat in carnis habitu, non natae adhuc, quia nondum moritura. Idem Marcioni objicit his verbis: (d) Ideoque & ipse cum Angelis tunc apud Abram in veritate quidem carnis apparuit; sed nondum nata, quia nondum moritura; sed & discensit jam inter Homines conversari. Eandem rem aliis in locis (e)

in-

(a) Conversos in Carnem humanam Angelos dicit, dum ibidem integrum mansisse eorum naturam fatetur. Hec loquendi ratio significat non admodum eum fuisse de recto vocabulorum, proprioque usu sollicitum. Ex quo juvat animadvertere, quam facile sit Auctorem hunc accusari, quasi ab Ecclesia doctrina dissentiat; dum eius sermo dumtaxat a communis sermoni dissentit. (b) Ib. c. 6. (c) Ib. (d) L. 3. co Marc. c. 9. (e) L. 5. co Marc. c. 19., & L. adv. Jud. c. 9. &c.

Inculcat, quibus producendis parcimus. Adeo vero non dubitat quin veram suscipere carnem soleret Verbum, si quando Hominibus videndum se daret, ut veram fuisse columbam pronunciet, sub cuius forma Spiritus Sanctus supra Christum apparuit. (a) *Tam vere, inquit, erat & columba, quam & Spiritus: nec interfeceras substantiam propriam, assumpta substantia extranea.* Sed quaris, corpus columba ubi sit, resumpto Spiritu in Cælum? Eque & Angelorum, & eadem ratione interceptum est, qua & edicim fuerat. Si vidisses, quum de nibilo proferebatur, scisses, quum in nibilum subducebatur. Si non fuit initium visibile, nec finis. Tamen corporis soliditas erat quo momento corpus videbatur.

8. Jam vero si Tertulliani judicio non Pater, sed Filius is fuit, qui in veteri Testamento apparet Hominibus consuevit; si Verbum, tanquam Administrator Patris uti res cæteras, ita & primum Hominum Parentem condidit; si ab eodem hoc Verbo, quum ad externa hæc munera obeunda mittebatur, non speciem Hominis solum, sed veram etiam carnem, solidumque corpus assumptum fuisse Septimus existimavit, nulla jam difficultas est, quæcunque ex Dei illa descriptione lumen formantis objicitur. Semel enim stabilito, & fixo, uti fixum. Tertulliano erat, Deum, nempe Dei Filium, qui & Adamum effingens, & cum eo loquens describitur, vero, non vacuo corpore, licet ad tempus suscepio constitisse, quæcunque in memorato (b) loco Author edisserit, facilem, ac naturalem sensum habent. Deus enim revera & lumen tractat, & decerpit,

(a) Lib. de Carne Christi c. 3. (b) Lib. de Resur. carnis c. 6.

pit, dederitque & fingit: corporeæ manus illæ sunt, tactusque corporeus: sunt illæ tamen adscire extrinsecus manus, ac mox deponendæ: si vidisses (utar Tertulliani ipsius verbis) si vidisses, (a) quum de nibili proferebatur, scissæ, quum in nibilum subducebatur. Quare non minus inique, & calumniose exinde concluderemus, Deum ab hoc Scriptore corporeum factum, quam si quis inferret, cum materialem columbam fecisse Spiritum Sanctum; propterea quod verum a Spiritu Sancto corpus columbae assumptum fuisse censuerit. Accedit quod, si Anthropomorphismi Septimum ideo arcesseremus, quod Opificem divinum inducit, qui limum manu tractat, & fingit, dicendus ille perinde esset non corpus modo sui generis, sed veram Deo, nostræque similem carnem attribuisse, quandoquidem in ejus sententia ille idem, qui Adamum formavit Deus, aliisque Patriarchis est visus, non tantum in corpore, verum etiam (b) in veritate carnis apparuit. Adeo iam a Tertulliani opinione illud abhorret, ut animam ipsam hunianam omnino neget carnem esse, quam tamen vere putat esse corpoream. Sic enim de Christo loquens (c) inquit: Non nostram animam liberavit, si carnem habuit: nostra enim carnea non est. Immo vero si dicta hactenus æquo animo perpendamus, nova potius illius defensio inde enascitur, unde accusatio petebatur. Nam incorporeum profecto judicasse Deum ille convincitur, qui temporarium a Deo corpus assumi oportuisse arbitrarur, quandocunque conspicuus fieri, aut corporeo modo agere

(a) Lib. de Carne Chr. c. 3. (b) Lib. 3. co. Marc. c. 9.
(c) Lib. de Carne Chr. c. 10.

agere aliquid vellet. (a) Illud denique non est omitendum, quod alias (b) animadvertisimus, acutum. Scriptorem etenim delitare minime potuisse, ut de Adami creatione loquens vultu, manibusque humanis vere praeditum Deum assereret, qui in Artifice summo ne lineamentorum quidem ulla vestigia agnoscet; Deique imaginem ideo in Hominis corpore reponendam negabat, quod corporalibus distingui, & exprimi lineis uniformis Deus non posset. Ad reliqua jam expendenda loca accedamus.

(a) In Adæ creatione humanum a Deo corpus assumptum fuisse opinatus est etiam Augustinus Steuchus Eugubinus in Cosmopeja in cap. 1. Gen., qui similem Philonis sententiam laudat, atque ideo afferit Hominem etiam secundum corpus ad Auctoris sui similitudinem factum. Eadem fuit opinio Oleasteri in cap. 1. Genes. ubi inter cœtera haec habet. *Volut ergo Dominus Hominem se referre & quantum ad corpus assumptum, & quantum ad spiritum, ut corpos corpus assumptum, anima vero spiritum, qui Deus est, monstraret.* Nemo tamen suspicatur est eos Deum fecisse corporeum. Ac ne cui forte id veniret in mentem, Oleaster Lectorem sic monet: *Neque me arbitris sensisse Deum corporeum; legi enim, quemadmodum tu; DEUS SPIRITUS EST.* (b) §. 1. n. 8., & §. 2. n. 3.

§. IV.

*Excerpta ex lib. de Anima c. 7., & ex lib. 4.
co. Marc. c. 38.*

1. **D**E Anima differens Auctor postquam multa prioribus capitis argumenta congesserat contra Platonicos, aliosque Philosophos ad corporalem ejus naturam probandam, contendit rem eandem ex Evangelica historia demonstrari, que inflammis pati Epulonem narrat, ac Lazarum contra in sinu Abrahæ præmio suæ patientiæ frui. Qua nar-

C 4 ratio-

tatione recitata sic pergit : (a) *Quid est antem illud quod ad inferna transfertur post devorium corporis ; quod detinetur illic ; quod in diem judicii reservatur ; et quod & Christus moriendo descendit : puto ad animas Patriarcharum sed quamobrem , si nihil anima detinet sub terris ? NIHIL ENIM , SI NON CORPUS : incorporeitas enim ab omni genere custodia libera est , immunit a pena , & a foeda .* (b) *Per quod enim punitur , aut foecetur , hoc erit corpus . Reddam de isto plenius , & opportunius . Igitur si quid tormenti sive solatil anima praecepit in carcere seu aversorio infernum , in igni , vel in sinu Abraba , probata erit corporalitas anima . Incorporeitas enim nihil patiatur , non habens per quod pati posse : aut si habet , hoc erit corpus . In quantum enim omne corporale passibile est , in tantum quod passibile est , corporale est . Itaque Tertulliani iudicio nihil est quidquid corpus non est : idque instar axiomatis certissimi statuit ; ex quo infert animam esse corpus , quanto nihil illa profectio non sit . Hac ratione productum explicit locum doctissimi Vici Pamelius , Rigaltius aliquie . Porro hic dici nequit , quod dictio alteram in libro contra Præcam usurpatam exponentes diximus ; nimurum corporis nomine non materiarum corpus accipi a Tertulliano , sed rem subsistentem . Nam & proprium corpus esse animam procul dubio ille censebat ; & plura superius argumenta protulerat , ut subtili quadam materie constare illam convinceret . Quare ut ex generali illo pronunciato . *Nihil enim nisi corpus , eliciat , quod de natura animæ sibi probandum sumperat , necesse est , verum ac proprie dictum**

(a) L. de Anima c. 7. (b) *Foedam nominat consolationem , qua Lazarus anima foecabatur .*

dictum corpus ab eo intelligi. Ut igitur constet verum in Deo corpus agnoscisse Tertullianum, nihil videtur requiri aliud, quam ut Deo ratiocinatio illa accommodetur, quam hoc loco adhibet ad materialem animam ostendendam. Si enim materialem animam esse ex generali illo principio deducit, quod nibil est nisi sit corpus, materialem pariter ex eodem principio Deum putasse dicendus erit. Atque hoc allusit Augustinus quem dixit: (a) *Tertullianus quia corpus animam esse creditit non ob aliud, nisi quod eam incorpoream cogitare non posuit; & ideo timuit ne nibil esset, si corpus non esset; nec de Deo valuit aliter sapere: qui sane, quoniam acutus est, interdum contra opinionem suam visa veritate superatur.* Et rursus: (b) *Ad hoc enim nunquam cogeretur, si aliquid cogitare posset, quod & sit, & corpus non sit.* Eodem referri debent que in antecedentibus dicerat: (c) *Nihil vicinus, aut fortasse nihil tam consequens, quam us credito quod anima corpus sit, etiam Deus corpus esse creditur. Propter hoc etiam corporalibus affuetatis, & affecti sensibus, nolunt animam credere aliud esse, quam corpus, ne, si corpus non fuerit, nihil sit.* Ac per hoc tanto magis timent etiam de Deo credere, quod corpus non sit, quanto magis timent Deum credere nihil esse.

2. Hæc sunt que in producto testimonio contra Tertullianum facere videntur. Ac difficilis saue hic esset ad solvendum nodus; quin solvi illum vix posse concederem, si memoratis verbis is sensus subesset, quem ex aliorum interpretatione exposuimus. Verum hæc etiam difficultas ex jejuno concisoque dicendi genere oritur, qui, ut sepe alias,

Ita

(a) L. 10. de Gen. ad lit. c. 25. (b) Ib. c. 26. (c) Ib. c. 24.

ita hoc loco obscuram Auctoris sententiam reddit . Itaque fatemur quidem eum , dum animam corpus esse docet , verum ac proprium corpus intelligere : at si tota sermonis contextio diligenter consideretur , non hoc sonant adducta verba , quasi dicatur : *anima nihil est , si corpus non sit ; vel nihil enim est , quidquid non est corpus :* hoc enim modo explicata minime secum constaret oratio , ut paullo post demonstrabimus . Sic autem legere illa oportet , ut subaudiaatur in posteriore membro vox *detinet* , quæ in praecedente adhibetur , hac ratione : *Sed quamobrem , si nihil animam detinet sub terris ? Nihil enim ILLAM DETINET , si IPSA non EST corpus .* Familiaris enim est huic Scriptori figuratus ille dicens modus , quo vox aliqua reticerit , quam ex contextu sermonis suppleri necesse est . Hujus consuetudinis plura in hoc eodem libro exempla suppetunt ; atque hæc inter cætera . (a) *Omne enim effigiatum compositum , & fructile affirmat : Dissolubile autem omne compositum , & fructile (affirmat) ; sed animam (affirmat) immortalem .* = (b) *Quid ergo dicemus magiam ? Quod omnes pene (dicunt) , fallaciam (dicemus .)* = (c) *Corporum enim est somnus , quorum & ipsa mors (est) .* Pamelius quidem atque Rigalius rem , ut diximus , aliter explicant ; & legunt *anima detinet* , non *animam detinet* . Sed dum fatenerit caliginosum locum esse , isti ipsi Critici nobis animos addunt , ut verum , si fieri possit , exprimere sensum conemur . Pamelium audiamus . (d) *Est autem obscurum , inquit , illud : si nihil anima detinet sub terris ; & legendum quidem videatur prima facie : animam , nisi adiceretur : nihil enim ,*

(a) C. 9. (b) C. 57. (c) C. 58. (d) In not. ad Tertul.

enim, si non corpus; atque adeo magis videtur legendum: detinetur; sed neutrum abducit satisfacit. Hec Pamelius; qui ideo non legit: *animam*, quia verborum consequentium hanc esse vim putat: nihil enim est, nisi corpus sit. At ob hanc ipsam causam non dubito, quin legendum sit: *animam*; quia in posteriore sententia subauditum detinet, ita ut ista sit Auctoris oratio: *Quomodo potest sub terris anima detineri, si nihil illam ibidem detinet?* Nihil enim illam detinet, si corpus non est; quasi dicat; si anima incorporeo est, nullis constringi vinculis potest, quominus eo avolet quo placuerit. Ne quis vero nobis succenseat, quod a tanti Viri judicio recedamus, Lectores rogamus, ut judicent utra interpretatione ratiocinationi Tertulliani magis conveniat. Quum enim tota controversia in genuino verborum sensu eliciendo versetur, quem interpres obscurissimum fatentur esse; non auctoritatis pondere res est definienda, sed inquisitionis diligentia. Quis autem neget eam esse ceteris lectionem anteferendam, que omnium apitissime cum instituto scribentis, & reliquo sermone consentiat? Enimvero si interpretationem nostram sequamur, omnia plannissime fluunt; & secum constant. Hæc enim est Tertulliani argumentatio. Animam esse verum corpus hactenus contra Philosophos naturali ratione probavimus. Sed præter adducta superius argumenta, id docet etiam Evangelica historia, quum narrat cruciari in flammis Divitem, atque in sinu Abrahæ Lazarum lætari: ac deinde quum descendisse ad Inferos Christum commemorat, animas ibidem detentas invisurum. Etenim si animæ non essent corporeæ, quomodo ad illas descendisse diceretur Christus? Quomodo illas certo in loco con-

venire potuisset, si nihil illas sub terris detineret? Nihil enim illas detinet, si non sunt corporis. Incorporeitas enim ab omni genere custodia libera est, immunit a pana, & a fructu. Per quod enim punitur aut fruetur, hoc erit corpus. Quasi diceret: quidquid corporeum non est, ullis aditcengi vinculis, certoque figi loco nequit, aut re aliqua foveri, aut angri. Quibus præstitutis congruerter ad suam quidem sententiam (a) concludit. Igitur si quid tormenti, frue solatii anima præcerpit in carcere, seu drueritorio Inferno, in igni vel in finta Abraba, probata erit corporalitas anima. Incorporeitas enim nihil patitur, non babens per quod pati possit.... in quantum enim omne corporale passibile est, in tantum quod passibile est, corporale est.

3. En quomodo, si nostram interpretationem sequatur, ex media quodammodo verborum caligine purus atque integer sensus emergit, & consequentia antecedentibus apte respondent, ut nihil obscurum restet, abruptum nihil. Contra si ut aliis placet, legamus: *Quamobrem, si nihil anima detinet sub terris?* Nihil enim, si non est corpus; neque cohereret secum Tertullianus, neque quid sibi velit, intelligitur. Nam præterquamquod dictio illa *nihil anima detinet* merum ænigma est; quænam, rogo, esset ista argumentationis convenientia, si postquam dixit: *Quomodo posuit Christus certo in loco animas convenire, si nihil illas detinet?* tum ad hoc probandum subiunget: *Nihil enim sunt, si corpus non sunt.* atque hoc rursum demonstratus sic pergeret: *Incorporeitas enim ab omni genere custodia libera est:* Quid enim interest inter detentas in infernis animas,

&c cf-

(a) L. de anima c. 7.

& effatum illud. *Nihil si non corpus?* Ad hoc vero effatum suadendum quid facit rerum incorporearum immunitas & custodia? Præterea quamvis argumentationis series apta, & cohærens esset, non poterat tamen hoc loco ad animam corpoream inferendam generale illud argumentum assumere, quod corpus si quidquid non est nihil. Eſi enim illo utatur ut contra Præxam, prober Deum, atque adeo Verbum corpus esse sui generis; hic tamen omnino abesse fuisset, ubi ex Evangelio demonstrare aggreditur, quod offendere antea naturalibus argumentis studuerat. Erenim dum colligere ex Evangelio contendit Lazari, ac divisi animas esse corporeas, aperte quidem pro suo ingenio argumentatur ex eo, quod nihil detinere illas sub tertis posset, si corpus non essent; quoniam teneri, & certo figi loco incorporalitas nequit: sed ridendum se daret, si animæ corporalitatem demonstratus assumere tamquam axioma certissimum, quod nihil sit quidquid corpus non est: quæ ratio si valerer, frustra jam ad narrationem Evangelicam provocasset. Quod vero laudati Interpretes aliter senserint, paetim ex obscuritate loci oriſti id posuit, partim ex eo, quod generale illud pronunciatum videtur alibi confirmare Septimus (a) dum ait: *Omne quod est, corpus est sui generis: nihil est incorporeale, nisi quod non est.* Sed primo in illo, de quo haſtenus disputavimus, loco non posse id ita intelligi, satis, opinor, manifeste demonstratum est. Ad alterum vero locum quod attinet, propositum ibi Tertulliano non est demonſtrare animam esse materialē; sed generatim tantum affirmat illud ipsum invibile, quod ejus Adversarii in Anima-

affe-

(a) Lib. de Carne Christi c. 11.

afferebant , illud ipsum , inquam , esse aliquid oportere , atque adeo corpus ; quoniam *omne quod est , corpus est sui generis* ; qua corporis appellatione substantiam , sicuti in libro contra Praxeam , vel rem subsistente intelligit . Hac tamen de re fusius paulo post disputabimus .

Ex allatis Augustini verbis (a) nihil certi contra Tertullianum statui potest . Ait quidem S. Doctor Scriptorem hunc nihil subsistens cogitare potuisse , quod corpus non esset : sed non propterea al ludere ad dictiōnem controversam dicendus est , quasi illam eodem acceperit sensu , quo Pamelius & Rigalius . Si enim ad hunc allusisset locum , quomodo ibidem (b) dicere potuisset de eodem Tertulliano loquens ? *Quid enim verius dicere potuit , quam id quod ait quodam loco : omne corporale passibile est ?* Hęc enim verba uno ductu continentur cum iis , que hic dicuntur a S. Doctore reprehendi . At quomodo hac loquendi formula usus Augustinus fuisse quodam loco , si hunc ipsum locum p̄e oculis habuisset , dum censura sua Tertullianum notabat ? Præterea hoc in libro r̄mula , ut diximus , argumen ta profert Septimius ut opinionem suam confirmet ; illud vero ; *nihil si non corpus* (quocunque demum sensu accipiatur) obiter adnotat . Si igitur hunc librum Augustinus spectasset , non video , quam vere potuisset ejus erroris caussam ex eo dumtaxat repe tere , quod timeret Septimius , ne anima *nihil esset , si corpus non esset* . At de Augustino alias recurret mentio .

4. Nunc vero sunt nobis aliquot quasi scrupuli evel-

(a) Lib. 10. de Gen. ad lit. c. 25. (b) L. 10. de Gen. ad lit. c. 25.

evelendi ad plenam perfectamque objecti loci intelligentiam. Hujusmodi est illud, quod anima hic est: dicitur *corpus sui generis*, & *corpus pariter sui generis* Deus in libro contra Praxeum nominatur. Ex quo Tertullianus videtur tam in Deo, quam in anima, ceterisque creatis rebus veram materiem agnoscere, sola generis ratione diversam. Deinde quemadmodum ait Deum corpus esse, eti spiritus sit, ita materialiter esse animam probat, quamvis eandem *spiritalem* (a) dicat & *spiritum*; immo vero (b) *singularem*, & *simplicem*, & *indissolubilem*, & *individuam*: neque aliter de Angelis sentiebat. Illos enim eti spiritus (c) vocet, & (d) substantias spirituales; materia tamen puros non esse significat, dum eorum aliquos nominat (e) *amatores Feminorum*; & inde commendat animae dignitatem (f) quod ipsa est *afflatus Dei generosior SPIRITU MATERIALEI*, quo Angelii consisterunt.

Difficultatem hanc ex comparatione animae datum sensisse acutus Scriptor videtur: quamobrem ita de animae corpore loquitur, ut una simplicitati divini spiritus consulat. Nam quum vero, ac materialiter corpore constare animam docet, generaliter corporis ita accepti conditionem hanc esse pronuntiat, ut pati possit: *In quantum*, inquit (g) *omne corporale passibile est, in tantum quod passibile est, corporale est*. Enimvero qui sic disputat nonne simul declarat, se incorporeum penitus proficeri Deum, quem alibi tam expresse, luculententerque impassibilem esse testatur; nec verum a se corpus intel-

(a) L de Penit. c. 3. & l. 4. co. Marc. c. 42. (b) L de Anim. c. 14. (c) L de Resur. cat. c. 62. (d) L de Car. Chr. c. 6. & Apologet. c. 22. (e) L de Idol. c. 9. (f) L 2. ca. Marc. c. 8. (g) L de anima c. 7.

telligi, quum eundem ait esse *corpus sui generis*; sed veram dumtaxat substantiam, sive spiritum subsistenter? Deinde juvat hic illud repetere, quod alias diximus, dotes nimirum esse attendendas, quæ Deo, atque *Anima* tribuuntur, ut constet quo sensu uterque nunc spiritus nuncupetur, nunc corpus. Vidi-
mus supra (a) Tertullianum ea omnia a Deo relicere, quæcunque sunt materiæ, verique corporis propria. Videamus nunc virum hæc ab Anima perinde rei-
ciat. Si enim ostenderimus hæc ne dum ab Anima
removeri, sed eidem expressis verbis attribui, no-
vum inde argumentum exurget, quo concluda-
mus laudatum Scriptorem ita immunem qualicun-
que materiæ genere censuisse Deum, uti consla-
tam materia Animam judicabat. Ne autem infi-
niti simus, pauca dumtaxat testimonia e multis
proferemus.

5. Ac primo Animam extendi afferit in lon-
gam, latum, ac profundum; quod extensionis
genus adeo corporis cuiusque necessaria proprietas est, ut in hac nonnulli Philosophi essentiam,
ipsum corporis collocent. His vero dimensioni-
bus sic circumscribi illam centet, ut similem hu-
mano corpori figuram referat; atque ei corpori,
quod olim occupavit, vel occupat. Quamobrem
docet flatum illum divinum, ex quo Anima con-
stituit, densarium solidatumque intra humani cor-
poris spacia fuisse non secus, atque in fictili for-
ma infusum rigescere metallum intuemus. Nec
certa modo dimensione terminatam, ac figura-
tam vult esse, verum etiam suo quodam colore
conspicuam, ut videri oculis possit, & visa ali-
quan-

(a) §. 1. num. 8.

quando fuerit . (a) Adeo vero definitam esse substantie illius vim , quantitatemque arbitratur ut eos Philosophos , qui translineare Animam Hominum.

D

in

(a) L. de Anima c. 9. *Quum Anima corpus afferimus propriæ qualitatibus , & sui generis . . . & tamen non inconflanter PROFLTEBIMUR , SOLEMNIORA QUÆQUE , ET OMNIMODO DEBITA CORPULENTIAE ADESSÆ ANIMÆ , ut habitum , ut terminum , ut illud trifariam distantiam , LONGITUDINEM DICO , ET LATITUDINEM , ET SUBLIMITATEM , quibus metantur corpora Philosophi . Quid nunc , quod & EFFIGIEM ANIMÆ DAMUS , Platone notente , quasi periclitetur de Anima immortalitate ? . . . Sed nos CORPORALES QUOQUE ILLI INSCRIBIMUS LINEAS non tantum ex fiducia corporalitatis per estimationem , verum & ex conflantia gratie per revelationem . . . Est hodie Soror apud nos revelationum charismata sortita , quas in Ecclesia inter dominica solemnia per extensum in spiritu patitur . . . Forte nescio quid de Anima differueramus ; quem ea Soror in Spiritu esset . Post transacta solemnia . . . inter cetera , inquit , ostensa est mihi Anima corporaliter ; & spiritus videbatur , sed non innatus & vacue qualitatibus ; imo etiam que tenet remitteret , TENERA , ET LUCIDA , ET ETHERII COLORIS , ET FORMA PER OMNIA HUMANA . Hac visio est . Deus tellis , & Apostolus charismatum in Ecclesia futurorum idoneus sponspor : tu , nisi res ipsa de fragulis persuaserit , ne credas . Si enim currat Anima , sine dubio inter illa , que sunt sumus professi . Proinde & COLORIS PROPRIETAS OMNI CORPORI ADHÆRET . Quem igitur alium Anima estimatis colorem , quam aerum ac lucidum ; non ut aer sit ipsa substantia ejus . . . sed quoniam omne tenuis atque perlucidum aeris emulum est , hoc erit Anima , qua flatus est , & spiritus tradux & sequidem pro ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis periclitatur . Sic & EFFIGIEM de sensu jam tuo concipe non alienam Anima humanae deputandam preter HUMANAM , ET QUIDEM EJUS CORPORIS , QUOD UNAQUÆQUE CIRCUMTULIT . Recogita enim , quum Deus fasset in faciem Hominis flatum vita , & factus esset Homo in Animam vivam , totum utique per faciem flatum flatum illum in interiora transmissum , & rer universa corporis spatia diffusum , simulque divina aspiratione DENSATUM OMNI INTUS LINEA EXPRESSUM ESSE , quam densatum impleverat , & VELUT IN FORMA GELASSE . Inde igitur & CORPULENTIA ANIMÆ EX DENSATIONE SOLIDATA EST ; & effigies expressione formata . Hic erit Homo interior , alias exterior , dupliciter unus .*

in cetera animantia dicent, inde confutet, quod eadem Anima nequeat in culice contrahi, & Elephantem completere: quinquam pro ratione crecentis paullatim corporis, cui insidet, concedit illam crescere ac dilatari. (a) Quam opinionem merito Augustinus deridet; (b) quasi minui anima, auge-
tive non posset; rareficeret auctiem, ac densari pos-
set. Quid? quod corporeis rebus ali animam do-
cet, (c) ciboque fulciri, Soranum (d) celebre-
Medicum testem vocans. Age vero: quuin defini-
tiam extensionem, figuramque humanam anime
tti-

(a) L. de Anima c. 32. Necesse est enim & corpus omne anima compleri, & animam omnem corpore abduci. Quomodo ergo anima Hominis complebit elephantem? Quomodo item abducatur in culicem? Si taatum extenderetur, aut contraheretur, profecto periclitabitur. Et ideo adiicio quod nulla ratione carax est hujusmodi translationis in animalia. Ib. cap. 37. Animam substantia crescere negandu-
nus est, ne etiam decrescere substantia dicatur, atque ita & deflata
crederetur; sed vis ejus, in qua naturalia peculia consita retinentur,
salvo substantiae modulo, quo a primordio inflata est, paullatim cum
carne producitur. Confitue certum pondus auri, vel argenti, ruden-
tibus massam; collectus habitat est illi, & futuro interim minor,
tamen continens intra lineam moduli totum, quod natura est auri
vel argenti. Dehinc quam in laminam massam fixatur, major effici-
tur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiacionem....
Ita & anima clementia reputanda non substantiva, sed provocativa.
(b) L. 10. de Gen. ad lit. c. 26. Quid autem absurdius, quam putare
massam cuiusvis-iam metalli ex aliqua parte crescere posse, dum tundi-
tur, nisi decrescat ex altera? vel argenti latitudine, nisi crassitudo
minuatur? aut ullum esse corrus, manente nature sue quantitate,
quod undique crescat, nisi rarescat? Quomodo igitur implebit ani-
ma... carnem, quam vivificat, nisi tanto ravior fuerit, quanto
grandius, quod animaverit? Tinuit videlicet, ne deficeret etiam
minuendo, si cresceret; & non timuit ut deficeret rarefendo, quum
non cresceret. (c) L. de Anima c. 6. Sed nec hic gradus stabit, etiam
Soranus methodice medicina instructissimo Auctore respondente ani-
mam corporalibus quoque ali; denique deficientem a cibo plerumque
fulciri. (d) Soranus Ephesius, ut scribit Suidas, medicinam
excoluit imperantibus Trajano, & Hadriano.

tribuat , soliditatem præterea , & colorem , quid jam restat ad integrum materiæ descriptionem , quam ut gravem quoque esse illam affirmet ? Porro quum incorporeæ animæ Assertores objicerent , materia constare illam non posse ; quandoquidem , ea dilapsa , gravius cadaver evadit , sic respondet cum Sorano suo , ut non obscure significet , se in anima gravitatem quoque ac pondus agnoscere . (a) *Ajunt enim , (sunt ejus verba) & idcirco animam incorpoream renuntiandam ; quia , digressâ ea , graviora efficiantur corpora defunctorum ; quum leviora esse deberent , unius corporis pondere exemplo , si anima corpus . Quid enim , inquit Soranus , si mare negent corpus , quia extra mare immobilis , & gravis navis efficitur ? Quanto ergo validius corpus anima , quod tanti ponderis corpus levissima mobilitate circumfert ? En quomodo novit Septimus suis proprietatibus insignire corpus , quum veram illius naturam definit . Res videlicet oportet considerare , non verba . Sed de vocabulo *corporis* satis : quod tamen proprio sensu animæ Auctor accommodat , quam improptio accommodat Deo .*

6. Reliquum est ut de vocabulo *Spiritus* pauca dicamus . Ac primo semel ac constet , ut sane constat , animam proprio sensu corpus vocari , materia nempe concretum , ipsa rerum necessitas facit ut , dum eadem anima *Spiritus* nuncupatur , vox ista aliud quidpiam omnino sonet , quam materiæ experientem substantiam : neque enim tam erat bardus Tertullianus , ut eodem sermonis ductu pugnantia affirmaret . At pluribus ipse nos docet , quo sensu animam *Spiritum* dicat . Hoc enim in loco (b) illos

D 2

ipso

(a) L. de Anima c. 8. (b) Ibid. c. 10.

iplos oppugnat, qui, quum putarent non omnia viventia respirare, inferebant admitti oportere in Homine, cuius proprium est respirare, praeter animalem substantiam, substantiam alteram spiritalem. Quidam enim volunt, inquit, aliam illi substantiam naturalem inesse spiritum; quasi aliud sit vivere, quod venit ab anima; aliud spirare, quod fiat a spirien. Nam & animalibus non omnibus utrumque alesse. Pieraque enim vivere solummodo, non etiam spirare, eo quod non habeant organa spiritus, pulmones & arterias. Liquet de quo genere spiritus loquatur, vim nimirum respirandi intelligit: atque ideo plane spiritum esse animam dicit, ut alteram, quam illi anima adjungebant, substantiam spiritalem excluderet. Quamobrem sic pergit: (a) Quid est, oro te, spirare? flatum, opinor, ex semetipso agere. Quid est non vivere? flatum, opinor, ex semetipso non agere..... sic ergo totum hoc & spirare, & vivere, ejus est, cuius & vivere; id est anima..... Ita quum de anima & spiritu agitur, ipsa erit anima spiritus, sicut ipsa dies lux. Sed clarius adhuc mententi suam aperit, ac simul demonstrat luculentissime, quam recte de Spiritu Dei sentiret, dum male unique de natura anima cogitabat. Sic enim prosequitur capite mox sequente. (b) Ita & animam, quam flatum ex proprietate descendimus, spiritum nunc ex necessitate pronunciamus. Ceterum adversus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex Dei flatu contendit, flatum proprie tuemur. Ille enim adversus ipsius Scriptura fidem flatum in spiritum virtus; ut dum incredibile est, Spiritum Dei in delictum, & mox in judicium devenire, ex materia potius anima creda-

INP,

(a) L. de Anima c. 10. (b) Ibid. c. 11.

tur , quam ex Dei Spiritu . Idcirco nos & illuc statum eam defendimus , non spiritum secundum Scripturam , & secundum spiritus distinctionem : & hic spiritum INGRATIS pronunciamus secundum spirandi , & flandi conditionem . Illic de substantia quaestio est : spirare enim substantia aliis est . Aliquando etiam nomine Spiritus designat (a) Auctor accidentiarum inspirationem a Spiritu bono vel malo profectam : aliquando ipsam Spiritus Sancti gratiam . (b)

7. Movere aliquem fortasse posset , quod alibi ait animam in Dei nomine & materia expressam esse : sic enim loquitur : (c) Redite qua Casaris Casari , & qua sunt Dei Deo . Qua erunt Dei ? Quae similitia sunt denario Casaris ; imago scilicet , & similitudo ejus . Hominem igitur reddi jubet Creatori , IN CUVUS imagine & similitudine , & nomine & MATERIA EXPRESSUS EST . (d) Verum si mox recitata verba attendantur , haec inductam ex una vocula difficultatem manifeste dissolvunt . Haec enim erat argumenti vis , quod ab Hermogene urgebatur . Si anima ex Deo esset , absurdum illud consequeretur , quod Spiritus Dei , cuius illa similis esse supponitur , iisdem criminibus obnoxius fieret , quibus anima-

D 3

ma-

(a) L. de Anima c. 11. (b) L. de Bap. c. 5. Exempto scilicet reatu eximitur & pena . Ita restituatur Homo Deo ad similitudinem ejus , qui retro ad imaginem Dei fuerat ; imago in effigie , similitudo in eternitate censeretur . Recipit enim illum Dei spiritum , quem tunc de afflato ejus accepérat , sed post amiserat per delictum . Quo sensu Iren. l. 5. c. 9. ait : Suni tria , ex quibus quemadmodum ostendimus , perfectus Homo constat , carne , anima , & spiritu : & altero quidem salvante , & figurante , qui est Spiritus ; altero , quod unitur , & formatur , quod est caro : id vero quod inter haec est duo , quod est anima . (c) Lib. 4. co. Marc. c. 38. (d) Ex hoc loco ait Pamelius Gennadium sumpsiisse caussam cur in l. de dogm. Eccl. diceret : Nihil ex Trinitatis essentia ad creaturam naturam credamus deductum , ut Plato & Tertullianus .

maculatur , eidemque judicio , cui illa subjicitur : anima igitur non ex Spiritu Dei ortum habet , sed ex materia . Quid autem respondet Tertullianus ? Concedit animam ex Deo ortam ; sed illam ait flatum esse , non spiritum ; ac proinde ex naturarum dissimilitudine infert , non posse , si quid illa criminis contrahat , in divini spiritus dedecus redundare . Sane si corporum putasset Deum , corporeaque propriea animæ similem , integrum sterisset argumentum Hermogenis ex simili tum Dei tum animæ ex eodem oritur natura disputantis . Sed tam longe abest Septimus a Deo corporeo profitendo ; quin immo ex discrimine substantiarum , quod Deus nimirum sit spiritus , anima vero non spiritus sit , sed fatus , concludit nihil Deo cum animæ vitius esse posse commune . Alterum subdō luculentissimum testimonium , in quo disputans contra Marcionem diserte assertit Deum spiritum esse , dum animam esse spiritum negat his verbis . (a) *Ad hoc interpre-
tanda erit qualitas anima . In primis tenendum quod
grata Scriptura signavit, afflatum nominans non spi-
ritum . Quidam enim de graco interpretantes, non re-
cogitata differentia, nec curata proprietate verborum,
pro afflatu spiritum ponunt, & dant Hareticis occasio-
nem spiritum Dei delicto infuscandi, id est ipsum Deum;
& usurpara jam quæstio est . Intellige itaque afflatum
minorem spiritu esse, et si de spiritu accidit, ut aurum
ejus, non tamen spiritum: nam & aura vento ra-
rior, et si de vento aura, non tamen ventus aura .
Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum . Nam &
ideo Homo imago Dei, id est Spiritus; Deus enīs spi-
ritus . Imago ergo spiritus afflatus . Porro imago ve-
rita-*

(a) L. 2. co. Marc. c. 9.

ritati non usquequaque adhaerabitur. Aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse Nec tu enim, si in tibiam flaveris, Hominem tibiam fecerit, quanquam de anima tua flaveris, sicut & Deus de spiritu suo. Denique quum manifeste Scriptura dicat flasse Deum in faciem Hominis, & sacram Hominem in animam vivam, non in spiritum vivificatorem, SEPARAVIT EAM A CONDITIONE FACTORIS. Hisce verbis illud quoque consentit: (a) Ex afflato Dei anima. Quid aliud afflatus Dei, quam vapor spiritus? Igitur non modo nihil est simplicitati Divini Spiritus meiuendum ex eo, quod inspiratam a Deo animam faciat corporalem; quin ad spiritalem D·i naturam certius defendendim. constanter repetit, & inculcat, animam non spiritum esse, sed flatum divinitus productum, creatumque: quod Augustinus dilucide explicat more suo, eti S. Doctor grammaticam illam flatus a spiritu distinctionem merito rideat. (b) Sed plura diximus quam rei necessarias ferret. Illud enim: In

D 4

cujus

(a) L. de Anima c. 27. (b) L. 13. de Civ. Dei c. 24. Sicut autem nos possumus non de nostra natura, qua Homines sumus, sed de isto aere circumfuso, quem spirando, ac respirando ducimus, ac reddimus, flatum facere, quum sufflamus, ita omnipotens Deus non de sua natura, neque de subjacenti creatura, sed etiam de nihilo potuit facere flatum, quem corpori Hominis inferendo inspirasse, vel insufflasse convenientissime dictus est, incorporeus incorporeum, sed immutabilis mutabilem; quia non creatus creatum. Veruntamen ut sciant isti, qui de Scripturis loquuntur, & scripturarum locutiones non advertunt, non hoc solum dicti exire ex ore Dei, quod est aequalis ejusdemque naturae, audiant, vel legant quod Deo dicente scriptum est; Quoniam tepidus erit, & neque calidus neque frigidus incibiam te evomere ex ore meo. Et ep. 305. alias 146. Vis etiam per me scire utrum Dei flatus ille sit anima? Breviter respondeo: aut ipso est, aut ipso anima facta est. Sed eti ipso est, factus est. De anima quinto loquitur per Isaiam Propos- tam Deus ubi dicit: Onnem flatum ego fisi.

cujus materia expressus est; non significat sane Hominem in Dei materia expressum esse, sed Deum in materia Hominis representatum; quemadmodum non denarius in materia Cæsaris, sed Cæsar in materia denarii figuratur. Hæc igitur est Scriptoris sententia, ut legenti patet. Ut in imagine & similitudine insculpta denario, & in nomine eidem Inscriptio, inque ejus materia exhibetur Cæsar, ita in imagine & similitudine insculpia Homini, & in materia, sive in ipsa natura Hominis expressus est Creator, eisdem Deus; cui propterea reddi Hominem oportet, quemadmodum reddi denarius Cæsari debet. Eodem sensu alibi ait. (a) Ideo & monetam ostendi sibi Dominus possebat, & de imagine, cuius esset requisivit. Et cum audisset, Cæsar: Reddite, ait, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; id est imaginem Cæsaris Cæsari, quæ in nummo est, & imaginem Dei Deo, quæ in Homine est. Simillima habent Hilarius; (b) Augustinus, (c) Bernardus. (d) Ex iis igitur, quæ Septimus de anima disputat, nulla duci iuspicio potest, cum male de simplicitate Dei sensisse. Atque hic obiter adnotabimus Iterum ipsum dixisse animam (e) figu-

(a) De Idol. c. 15. (b) Ap. A Lap. in mat. Deo etiam ea quæ Dei sunt, reddere nos oportet, id est corpus & animam, & voluntatem: numismata autem Cæsaris in auro est, in quo est imago ejus depicta: Dei autem numisma Homo est; in quo est Dei imago figurata. (c) Sent. 15., & in ps. 115. Imago Cæsaris redditur Cæsari, imago Dei redditur Deo. (d) L. de pñl. Dom. c. 3. Reddite Cæsari denarium Cæsaris habentem imaginem: reddite Deo animas, quam ad imaginem, & similitudinem suam creavit. (e) L. 2. c. 34. olim 63. post indicatam narrationem Epulonis, & Lazar: Per huc enim manifeste declaratum est & perseverare Animas, & non à corpore in corpus transfire, & habere Hominis figuram ut cognoscantur & meminerint eorum, que sunt hic. Munitius Adnotator figuram hanc ait esse habitum quendam, certainique relationem ad corpus.

figuratam, incorporealem tamen (a) quippe quæ in sacris litteris flatus vitez appellatur.

8. De Angelis parum dissimilis questio est. Illos enim censebat Septimus esse corporeos; isdemque illa tribuebat, quæ naturis corporeis dumtaxat competunt; ut vel ex iis liquet, quæ superius (b) indicavimus: nostris tantum perfectiora corpora illorum arbitrabatur. Quamobrem (c) docet in Regno Dei carnem nostram fore angelificatam: non allo autem sensu, præterquam improposito *Spiritus Angelos nominabat*, nimirum propter motus agilitatem; quo modo anima spiritum dicebat propter respirationem. Itaque de illis differens ait: (d) *Velocitas divinitas creditur, quia substantia ignoratur*. Quod si Tertullianus corporeum Deum ideo censuisse dicendus esset, quod Angelos corporeos fecerit; occasionem Antropomorphitis ultro offerremus, ut maximos Ecclesiæ Patres quasi ejusdem erroris Patronos traducerent. Etenim Irenæus (e) ex Angelis natos Gigantes censuit, quos scriptura commemorat; in qua eadem sententia fuere Justinus patiter, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Læstanius: eos nihilominus Irenæus immortales dicit, atque incorporeos, & carnis expertes. (f) Augu-

sti-

(a) L. 5. c. 7. *Quæ sunt ergo mortalia corpora? Numquidnam Anima?* Sed immortales Anime, quantum ad comparationem mortalium corporum. *Infusavit enim in faciem Hominis Deus flatum vita;* & factus est Homo in Animam viventem: *flatus autem vita incorporalis.* Sed ne mortalem quidem posse dicens ipsum flatum vitæ existentem. (b) Hic n. 4 & §. 2. n. 7. (c) L. de Refut. car. c. 26., & 62. (d) Apolog. c. 22. (e) L. 4. c. 16. al. 30., & L. 5. c. 29. (f) L. 3. c. 20. al. 22.

stinus vero (a) suum quoddam Angelis corpus attiebuit, & ceterorum quorumcumque corporum (b) velocissimum; dum eodem simul contextu sermonis (c) Deum corpus esse negat. Immo vero Angelos ipsos & Spiritus nuncupat (d) & Creaturas spirituales (e) & intellectuales perfectas. Hæc in eum finem breviter adnotavimus, ut inde constaret, potuisse Tertullianum Angelos corporales facere, et si recte de summa Dei simplicitate seminet. Quidquid enim de Angelorum natura Augustinus differuit, longe id

(a) L. 2. de Trin. c. 7. ait: *Querendum . . . utrum ad hoc opus tantummodo creatura formatum sit, in qua Deus, sicut tunc oportuisset ipse judicavit, humanis ostenderetur aspectibus; an Angelis, qui jam antea erant, ita miscebantur, ut ex persona Dei loquerentur, assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui; sicut cuique opus esset: aut IPSUM CORPUS SUUM, cui non subduntur, sed subditum regunt, in species, quas vellent accommodatas, atque aptas actionibus suis mutantes, atque vertentes, secundum attributam sibi a Creatore potentiam.* Eadem repetit l. 3. c. 1. Tum l. 3. c. 10. appellat *Corpora angelica, & eorum corporales actiones.* Et En. ad Fortunatianum de videndo Deo, ait Deum invisibilem esse *aspectibus corporalibus, etiam celestibus.* Et l. 13. de Civ. Dei c. 22. Neque enim, inquit, in presentia Angelos edificare credendum est, quando eos Homines hospitio suscepimus; quamvis utrum Angelii essent ignorantibus, consimili nobis insipientia vesci viderentur. Et in ps. 85. *Aduer habet vitam corpus nostrum, & tamen comparatum corpori illi, quod futurum est, qualia sunt Angelorum corpora, inventur corpus humanaum mortuum, quamvis adhuc habens animam.* Cirato autem loco de Civ. Dei vocat corpora Iustorum post resurrectionem spiritualia. (b) Serm. 277. al. 102. de diver. c. 9. *Quam ergo videamus tantam celeritatem celestium corporum, qua nobis videntur, quam attenduntur, non moveri; cui celeritati comparare possumus corpus Angelicum?* (c) Ib. c. 13. *Hoc omnino noli dubitare; quamnam non est corpus Deus.* (d) Ep. 238. al. 1-4. *Omnis incorporeæ naturæ Spiritus in Scripturis appellatur; unde non tantum Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, sed omni rationali creature, & antiquo hoc vocabulum congruit.* (e) L. 8. de Gen. ad lit. c. 25. *Creatura ergo spiritualis, & intellectualis perfecta, & beata, qualis Angelorum est.*

Id abest a crassiore Tertulliani sententia . (a) Quanquam quid ad Scriptorem hunc descendendum terramur aliorum Patrum doctrinam ; quam ipsemet in eo , quem alias memoravimus loco (b) sic de Deo , de Anima , de Angelis disputeret , ut quantum creatis hisce substantiis detrahit , tantumdem fidem suam de spirituali Dei , simplicique natura confirmaret . Postquam enim dixerat Animam , quamvis imago sit Dei , incredibiliter tamen a divina substantia conditione distare ; ut contrariam Adversarii opinionem ad absurdum , ut ajunt , deducat , hec addit : *Ceterum non est Anima , sed Spiritus ; nec Homo , qui animam sortitus est , sed Deus .* Quid puterat ad rem praesentem dicere evidenter , quam ubi Spiritum esse Deum testatur , ibidem non modo nolle Animam vocari Spiritum , sed manifestam in ea ipsa appellatione absurditatem agnosceret ? Atque hanc absurditatem adjuncta similitudine statim decla-

(a) August. non modo *materiales Spiritus* nunquam appellat Angelos , quod facit Tertullianus : sed licet aliquibi corpus hisdem assignet , & lib. 1. *Retract. c. 26.* dum carneos illos negat , non perinde neget esse corporeos , nihilominus alias de hoc qualicunque Angelorum Corpore dubitanter loquitur . Nam *Enchir. c. 59.* & *epil. ad Evodium* vocat hanc difficultissimam questionem . Et l. 15. de *Civ. Dei c. 27.* ait : *Scriptum est enim : QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS : id est eos , qui natura spiritus sunt , facit esse Angelos suos utrum corrum corpora consequenter adjungeret , dicendo : ET MINISTROS SUOS IGREM ARDENTEM , ambiguum est .* Quin etiam ne quis forte similem nostram naturam eorum suspicetur , non audet Angelorum animas nominare , admonens l. 1. *Retr. c. 11.* & *c. 16.* In *Scripturis sanctis* animas dictas esse Angelorum , aut non omnino aut non posse facile reveriri . Quare l. 2. *Retr. c. 14.* sic temperat quod in lib. de *Catech.* Rud. c. 18. dixerat : *Novit enim Deus ordinare deferentes se animas : convenientius diceretur ; deferentes se Spiritus ; quoniam de Angelis agebatur .* (b) L. 2. co. *Marc. c. 9.*

clarat dicens : Nec ureus enim factus a Figulo , ipse erit Figulus ; ita nec afflatus factus a Spiritu , ideo erit Spiritus . Enimvero dum ait Animam non nisi absurde vocari Spiritum posse , licet a Dei Spiritu afflata fuerit ; eandem paullo post cum Angelis comparans , sic loquitur : Quum vero ad Angelum provocatur , fortiorē defendam necesse est Dominum Universitatem ; cui jam Angeli administrant , qui etiam Angelos judicaturus est . (a) Quibus verbis confirmat quod capie (b) precedente jam dixerat : Sed imago & similitudo Dei fortior Angelo : sed afflatus Dei generosissim Spiritu materiali , quo Angeli consenserunt . Patet ex his quam falso contra Divini Spiritus simplicitatem trahantur ea , que Tertullianus male profecto de Anima , ac de Angelis terripit .

9. Duo adhuc enodanda nobis superflunt ex hoc eodem de Anima libro , que asserti ab eo videntur non potuisse , qui spiritalem procul naturam Dei censeret . Etenim postquam pluribus Auctor noster ostenderat materiale Anima substantiam esse , sic pergit : (c) Hic erit Homo interior , alius exterior ; dupliciter unus : habens & ille oculos , & aures suas , quibus populus Dominum audire , & videre debuerat . Putabat igitur Tertullianus ab Anima utiliter corpora auditum Deum posse , & videri . Atqui materiale esse illud necesse est , quod materialibus auribus , oculisque percipitur . Deum ergo corporeum esse opinabatur . Atque alterum quidem ex altero consequi docet discretissime Augustinus his verbis : (d) Sicut præsens rogavi , & nunc commoneo , ut Fratrem nostrum , de quo collocuti sumus , videre , &

&c. 10.

(a) Epist. I. ad Cor. 6. Nescitis , quoniam Angelos judicabimus ? (b) L. 2. co. Marc. c. 8. (c) L. de Anima c. 9. (d) Epis. 148. al. 111. ad Fortunatian.

& rogare digneris, ut ignoscat mibi, si quid durius,
& asperius in se dictum accepit in ea epistola, quam
me modo scripsisse non paenitet; quia dixi istius corporo-
ris oculos nec videre Deum, nec esse visuros. Caus-
sam quippe adjunxi, cur hoc dixerim; ne scilicet
Deus ipse corporeus esset credatur, & in loci spatio,
intervalloque visibilis. Nihil enim videre aliter istius
corporis oculus potest: & ne illud, quod dictum est,
FACIE AD FACIEM, sic accipiatur tanquam membris
corporeis terminatus sit Deus. Verum difficultas haec
facili negotio solvitur. Nam in eo, qui objicitur
loco (a) Tertullianus primo praetet corporeos, agno-
scit sensus quoque intellectuales, quibus possit illa
Dei visio convenire: & quamvis corpoream Ani-
mam faciat, toto tamen genere diversam agnoscit
a corpore, cui infidet. Augustinus porro de carnis
oculis loquitur, quibus aliqui Deum videri posse
existimabant. Nemo enim ignorat S. Doctorem de-
finitive minime voluisse utrum oculus spiritualis esse
etus post resurrectionem, quæ aliorum opinio erat,
ad Dei intuitum posset assurgere. Tantumdem au-
tem fortasse apud hosce Auctores valebat carnis ocu-
lus spiritualis, quantum apud Tertullianum oculus
animæ corporalis. Secundo quamvis animam corpo-
ream faceret, videri tamen ab ea posse ciaram incor-
poralia arbitrabatur. Nam quum Adversarii ad spiri-
talem animam demonstrandam eo arguento ut-
rentur, quod eadem percipit incorporalia, reponit
Septimus, incorporalia corporalibus subjici; atque
haec te vera ab animæ comprehendi. Tertio quum
ait ab Anima videri Deum, non propriea afferit
videti intuitive. Mirum autem esse non debet, con-
spe-

(a) L. de An. c. p. Vide dicta §. 2. n. 2

spectum Dei aliquem ab eodem concedi animæ ; quandoquidem visum sèpius fuisse Deum , seu Verbum docet ab Adamo , ac cæteris Patriarchis , utl (a) alias adnotavimus ; quum scilicet humana specie conspicuus appareret . At de intuitiva visione loqui illum non posse constat : hic enim de visu , aulitique loquitur , ut ipsius verba sonant , quo populus quotidie Deum audit , & videt ; quod certe de clara Dei intuitione nequit intelligi ; quandoquidem alibi non semel pronunciat (b) invisibilem Deum esse , visumque in terris nemini .

10. Alterius loci paullo difficilior explicatio est . Etenim eodem in libro (c) ut probet corporalem Animam esse , sic ratiocinatur : *Enimvero si ab alio moveri , corporis est , quanto magis mouere aliud ? Anima autem mouet corpus , & conatus ejus extrinsecus foris patent . Ab illa est enim impingi & pedes in incessum , & manus in contacum , & oculos in conspectum , & linguam in effatum , velut singulare motu superficiem intus agitanus . Unde bac visio incorporali Anima , unde vacua res solidam propellere ? Si argumentatio ista paullo distinctius exponatur , huc demum resolvitur . Anima propellit corpora solida . Ergo vacua res esse nequit . Ergo corpus est materia concretum . Hic argumentandi modus demonstrat in Tertulliani sententia inter inane ac vacuum , & corpus concretum materia nihil medium intercedere . Quidquid propriæ inane & vacuum non est , illud materiale proflus dicendum erit . Quamobrem quum Deus vacua res , & inanis profecto non sit , materialem quoque illum agnosceret*

(a) §. 3. n. 6. (b) L. 2. co. Marc. c. 27. & l. 5. c. 19. Et L. adv. Jud. c. 9. Et l. co. Prax. c. 15. (c) L. de Anima c. 9.

re oportebit. Multo autem augetur magis bujusce argumenti vis, si haec confrantur cum iis, quæ contra Præcam disputat. Uti enim hic corpus sui generis esse Animam ideo concludit, ne vacua res esse arque inanis dicatur, ita ibidem corpus esse sui generis Verbum affimat, non vacuum. Quam enim similia sunt ista? (a) Unde bac vijs corporali Anima, unde vacua rei solida propellere? arque illa: (b) Quale est ut nibil sit ipse, sine quo nihil factum est; ut inanis solida, & vacuus plena, & corporalis incorporalia sit operatus? Utrobius igitur ex negatio vacuo materiale tum Verbi tum Animæ naturam ducit.

Timiduni me hic locus in Tertulliano defendendo ficeret, nisi haec primo obiret dicta esse animadverterem; nec merito posse expressis leuentiis opponi, quibus spiritalem Dei substantiam vindicat, non necessitate disputationis abceptus, sed ubi mentem suam sincere aperit, temque ex instituto pertractat. Illa enim, quæ de spiritali Deo, immenso, inindiviso, invisiibili, impassibili dicta ab eodem recutimus: (c) aique illud præsecutum quod ait (d) Deum esse ipsa substantia spiritum, Animam vero respirandi dumtaxat actu spiritum vocitari, splendidissimam nobis facem accendent ad ambiguorum aliquor dictiōnum sensum deprehendendum. Si enim Spiritum quidem, inaterialem rāmen censuisset Deum, cur veritus fuisset Animam quoque Spiritum dicere, substantiæ solum seu materiæ qualitate diversum? Profecto si ad rationem Spiritus non pertinere existimabat, ut materiæ expers esset, non-

vi-

(a) L. de An. c. 9. (b) L. co. Prax. c. 7. (c) §. 1. n. 8.
(d) Vide n. 8.

video, quam ob eaussam tam acriter constanterque contendenter, soli Deo nomen Spiritus secundum substantiaz proprietatem competere; animamque nollet spiritum nuncupare; quum hac ratione facilius posset, ac brevius eorum commentum refelleat, qui distinctum ab Anima Spiritum in Homine collocabant. Hic sane ratiocinandi modus dubitare non finit, Autorem nostrum ideo verum Spiritum dixisse Deum, non Animam; quod solum Deum materiaz putum censeret. Verum ut premissus agam, similia quidem sunt ea, quæ utroque in libro assertur, si verborum sonum spectemus: sensum tamen habent pro varia Adversariorum, quibus cum agebatur, conditione divertum. Etenim contra Praxeam, qui substantiam eripiens Verbo affirmabat, nihil illud præter accidentariam Dei vocem esse, & inanem sonum, id dumtaxat Tertulliani inst tutum fecerat, ut accidenti substantiam, & inani sono substantiem Personam opponeret. Quamobrem non materiaium corpus debebat vindicare Filio, de quo Praxeas non disputabat, sed propriam rationem substantiaz eidem tribuere, non dissimilem paternæ illius substantiaz, unde genitus fuerat. Itaque coherenter ad questionem propositam, quum illud alt vacuum & inane quiddam non esse, removeret accidens, ut probet substantiam; quam Hereticus inficiabatur: recteque disputat, quod inane & vacuum est, efficere solida non potuisse. At in libro de Anima res illi erat cum iis, qui Animam negabant esse concretam materia. Eos porro ex admisis vulgo in Philosophorum Schola principiis studet convincere. Quum enim nos quantum in cognita nobis natura observare licet, videamus solidacorpora ab impenetrabilibus dumtaxat propelli cor-

poti-

poribus , & solas corporeo oculo corporeas res esse conspicuas ; ex hac proinde communi ratione ac lege argumentans Septimus inferebat , corpoream substantiam , non spiritalem esse Animam oportere ; quippe quæ ad visum oculos , & corpus ad motum impellat . Jam vero quum hic vacuum opponit solidum , atque a priore negat posse alterum urgeri ad motum ; non eo sensu nomen vacui accipit , ut merum accidens , aut modum , ut ajunt , significet . Neque enim Platonici , allique , quibus cum discep- tabat , merum modum , aut accidens dicebant Ani- mam ; sed materiei tantum expertem substantiam . Quare si hic vacuum eodem , quo contra Praxeam sensu sumpsisset , ridiculum ejus argumentum Ad- versarii contempnissent , concessissentque merum- quidem accidens , modumque propellere solida non posse ; ex quo tamen nihil ad Tertulliani cau- fam concluderetur ; quum Animam illi , non acci- dens aliquod , sed substantiam esse defenderent .

11. Nemo autem dicat , ignotum Septimio fuisse nomen substantiæ , quæ solida simul ac mate- rialis non esset ; ac proinde quidquid careret mate- rie , id omne merum ab illo putari accidens po- tuisse . Nam primo quæcunque illius propria mens , ac singularis sententia esset ; haud poterat sane ad convincendos Adversarios id præstituere tanquam certum , in coequo vim argumentationis omnem re- ponere , quod illi vicissim falsum existimabant . An vero ignorabat Tertullianus , uti incorpores , ita & immortales (a) censeri a Plaionicis Animas , at- que in se ipsis propterea subsistentes ? Nonne ipse- met ab iisdem comincinorat (b) Animas Sapientum

E

in

(a) Lib. de Anima c. 54. (b) Ibid.

in beatis sedibus collocari , improborum autem de-
trudi in Tartarum , in quo poenas scelerum luerent ,
substantie procul dubio , non accidenti infligendas ?
Deinde num solidum aliquando ille nominat Deum ?
Hunc tamen utique vacuam rem minime esse arbit-
rabatur . Igitur non perinde illi erat soliditatem
materie propriam negari , atque omnem substantie
rationem excludi . Quid ? quod ipse contra Hermo-
genem (a) disputans , ut paullo post advertemus ,
falso argumentationis urgenda causa concedit ,
esse substantias incorporeas . Non erat videlicet op-
inionum Philosophicatum adeo imperitus , ac crudis ,
ut crederet inane prorsus atque accidentarium id
omne a Physicis judicari , quod solidae materiae ex-
pers esset . Atque haec sane esse ratio debuit , qua-
mobrem ubi vacuum dicit futuram Animam , si in-
corporalis esset , haud illam tamen propterea nihil
fore concludit : ubi vero Praxeas confutat , a quo
Verbum dicebatur inane , & vacuum , promiscue
vacuum usurpat , ac nihilum : (b) Quale est , ut nihil
sit ipse , sine quo nihil factum est ; ut inanis solida , &
vacuus plena , & incorporalis corporalia sit operatus .
Hujus neimpe discriminis hanc fuisse causam nemo
non videt , quod Praxeas quidem nullam Verbo sub-
sistensiam inesse affirmabat ; Platonici vero , aliqui
materia dumtaxat , non substantiam Animae cri-
piebant . Quare dum ad materialem Animae naturam
probant in argumentatur ex corporibus ab eadem
impulsis ad motum , inquiens : (c) Unde bac visio
incorporali Animae ; unde vacua rei solida propellere ?
eodem sensu vacuum Animam dicit , quo nos pene-
trabilem diccremus : atque ita disputat , quasi di-
ce-

(a) L. co. Herm. c. 35. (b) L. co. Prax. c. 7. (c) L. de An. c. 9.

ceret : Si *Anima spiritualis* est , penetrabilem quoque eandem fateamur oportet : quomodo autem res penetrabilis urgere corpora poteris , eaque ad motum impellere ? Quidquid enim penetrabile est , cum iis quibus occurrit corporibus compenetratur . Novum porro accidere ei , qui latine sciat , non debet , inane ac vacuum appellari id omne , quod cum rebus certis ita commiscetur , ut distincto loco non egeat . Immo vero Latini Scriptores inane , & vacuum dicere non verentur totam hanc , quæ nos circumfluit , aeris massam ; atque ideo plane id illi normen accommodant ; quia quum incurrentibus minimum resistat corporibus , ac facile penetretur , ad vulgi sensum perinde est , ac si vacuum re vera spatium esset . Itaque apud Ovidium legimus (a)

Vestam frenatis per inane Draconibus

& apud Virgilium (b)

Tum lapis ipse Viri vacuum per inane volutus

Nec spatium evasit totum , nec pertulit illum .

& proprius ad rem nostram vacuum nominatur Inferorum Regnum , quod sole expertes corporum Animæ incolunt . (c)

Perque domos Ditis vacuas , & inania Regna .

(a) L. 2. Fastor. (b) L. 12. Eneid. (c) L. 6. Eneid.

§. V.

*Excerpta ex lib. contra Hermogenem c. 36.
Et ex lib. de Carne Cbris c. 10.*

1. **N**on erit nobis in utriusque loci explicazione magnopere laborandum , si ea Sapiens Lector ob oculos habeat , quæ hactenus exposuimus .

In priore loco hæc habet Auctor. (a) Nec Hominem, nec lapidem & corporalem & incorporealem dicemus, quia & corpus habeat & motum; sed unam omnibus formam solius corporalitatis, qua substantia res est: si qua incorporalia eis ad sunt; aut actus, aut passiones, aut officia, aut libidines eorum, non portiones deputamus. Ajunt his verbis Deum ex necessaria quadam, communique lege corporeum definiri: quandoquidem generatione pronunciatur, non aliam inesse quibuscumque substantiis essentiam, ac formam, præter corporalitatem; atque in hac sola totam substantiaz rationem consistere. Hæc sicut faciunt obiter cursumque legentibus. At si eam, quam Hermogenes moverat controversiam investigemus, non video quam consequenter ad Dei naturam trahatur, quod dicitur esse unam omnibus formam solius corporalitatis. Etenim hoc in loco de terrenis tantum rebus disputabatur, e quibus duas in exemplum assert Septimius, Hominem nimirum, ac lapidem: atque illas negat corporeas partim esse, partim incorporeas. Hæc enim erat hypothesis Hermogenis, quem sic loquentem inducit Tertullianus. (b) Prima, inquit, facie videtur nobis incorporalis esse materia: exquisita autem ratione recta, invenitur neque corporalis neque incorporalis. Hunc tanquam absurdissimum errorem sic ille vicissim confutat: (c) Quia est ipsa ratio recta, qua nihil recti renunciat, id est nihil certi? Nisi fallor enim, omnis res aut corporalis, aut incorporalis sit necesse est: (ut concedam interim esse aliquid incorporale de substantiis dumtaxat;

(a) Lib. co. Herm. c. 36. (b) Ibid. c. 35. (c) Ibid.

xat ; (a) cum ipsa substantia corporis sit rei cuiusque certe post corporale, & incorporale nihil tertium. Sed quum Hermogenes ideo non corporalem tantum materiem diceret, sed partim etiam incorporalem; quia motum habet unique non corporeum; hanc illius rationem hoc modo Tertullianus refellit . (b) Corporale enim materia vult esse, de quo corpora edantur; incorporale vero inconditum motum ejus. Si enim, ait, corpus tantummodo esset, nihil ei incorporele appareret, id est motus. Si vero in totum incorporealis fuisset, nullum corpus ex ea fieret. Quanto bac rectior ratio; nisi quod, si tam rectas lineas dicas, Hermogenes, quam ratio ista, Pictor te bardior non est. Quis enim tibi concedit motum in secundam partem substantia deputare; cum substantiva res non sit; quia nec corporalis, sed accidentis, si forse substantia & corporis; ut actus, & pulsus, ut lapsus, ut casus, ita & motus? Nam sive a semetipso quid movetur, actus ejus est motus; certe pars substantia non est, sicut tu motum substantiam facis materia incorporealem. Omnia denique moventur aut a semetipsis, ut animalia, aut ab aliis, ut inanimalia; tamen nec Hominem, nec lapidem & corporalem & incorporealem dicemus, quia & corpus habeat & motum;

E 3

sed

(a) Ex hac parenthesi novum pro Tertulliani defensione argumentum eruitur: hac enim est Auctoris sententia. Placeat cum Hermogene liberaliter agere: ac ne alio distrahabatur quæstio, eidem concedam preter corporales esse etiam substantias incorporeales: quanquam jure id negare possem, atque hoc negatio totam ejus rationacionem evertere: quilibet enim substantia corporalis dici possit, quum substantia corpus sit rei cuiusque. Ex his, inquam, constat quid soleret Tertullianus communis vocabulo corporis intelligere; nihil videlicet aliud, quam cuiusque rei substantiam: quo modo appellare interdum consuevimus corpus juris, corpus orationis, corpus disputationis ipsam orationis, juris, disputationis substantiam ac summam. (b) Ibid. c. 36.

sed unam omnibus formam solum corporalitatis, qua substantia res est: si qua incorporalia eis ad sunt, aut aliis, aut passiones, aut officia, aut libidines eorum, non portiones deputamus. Quo ergo facit portionem materia in motum disponere, qui non ad substantiam pertinet, sed ad substantia habitum? Quid enim si immobilem placuissest tibi inducere materiam, nunquid immobilitas secunda pars forma videretur? Longiorum textum proferre opere pretrum duximus; ex quo sinceram Scriptoris mentem cognosceremus. Itaque quum ait *unam omnibus inesse formam corporalitatis*, non assertit omnia quæcumque sunt, esse corporea: sed illud unum contendit, motum nempe ad essentiam rei, ac formam minime pertinere. Nam quoties naturam rerum Philosophi, essentiamque definint, substantiam dumtaxat inquitunt, non accidentarias affectiones: substantia enim illa est, quæ res singulas in tali essentia formaque constituit. Quapropter Tertullianus rectissime docet, naturam rei ac formam in sola ejusdem substantia reponendam; quam alio nomine *corpus rei*, seu *corporalitatem* nuncupat: motum autem affirmat non esse partem formæ, aut portionem substantie; quandoquidem accidens est, atque ad habitum, sive ad modum essendi spectat, non ad ipsam essentiam.

2. Alterum, quod profertur ex libro de Carne Christi, exlem potius cavillationem redoleat, quam solidam difficultatem. Auctor eo in loco (a) quosdam oppugnat affirmantes, animalem fuisse Christi carnem, propterea quod illius anima caro sit facta. Inter cæteras vero caussas, ob quas animam Christi carnem factam dicebant, hæc erat, ut scilicet

(a) L. de Carne Chr. c. 11.

licet eadem mortalibus oculis visibilis reddetur. Ut eos convincat, primo ait, necesse fuisse, ut, si anima Christi fuerat antea invisibilis, haberet tamen in te illud, quod invisible dicebatur; atque in hunc modum argumentatur: *Nihil enim habens invisible, quomodo potest invisibilis dici?* Sed ne esse quidem potest, nisi habens, per quod sit. *Quum anima sit, habeat necesse est aliquid, per quod est.* Si habet aliquid, per quod est, hoc erit corpus ejus. Omne quod est, corpus est sui generis: nihil est incorporele nisi quod non est. *Habente igitur anima invisible corpus, qui visibilem eam facere susceperebat, utique dignius id ejus visibile fecisset, quod invisible habebatur.* Quia nec hic mendacium, aut infirmitas Deo competit: mendacium, si aliud animam, quam quod erat demonstravit: infirmitas, si id, quod erat, demonstrare non valuit. Nemo ostendere volens Hominem, cassidem, aut personam ei inducit. Hoc autem factum est anima, si in carnem conversa (a) alienam induit superficiem. Sed etiam incorporalis anima deputetur, ut aliqua vi rationis occulta sit quidem anima, corpus tamen non sit quidquid est anima; proinde impossibile Deo non erat, & proposito ejus congruentius competit, nova aliqua corporis specie eam demonstrare, quam ista communis omnium. Hoc in loco (inquit Tertulliani Censores) affirmat Auctor, Christi animam suum habere corpus. Hic autem corporis nomen non metam substantiam, sed veram materiem sonat. Nam, ut (b) omnes concedunt, animas Hominum, illamque propterea, quae Christo obtigerat, propria materia constare

E 4

sen-

(a) Ita omnino legendum docti Viri judicabunt, non ut vulgo legitur *in carne conversam*. (b) §. IV. n. 5.

sentebat. Atqui id ipsum, quod de Christi anima assertit, de quibuslibet patiis, singulisque naturis pronunciat inquietus: *Omnis quod est, corpus est sui generis: nihil est incorpore, nisi quod non est.* Verum igitur corpus in ipso Deo, licet peculiari quadam, cuius generis materia contans agnoscit. Id ipsum manifestius ex reliqua verborum contextione convincitur. Nam quando ait subinde: *Sed etiam incorporalis anima deparetur.* &c. eodem sensu profecto accipit vocem *incorporalis*, quo illam usurpat superius: quis enim dicat brevi sermonis ductu, deque una eademque anima differentem nunc uno sensu idem vocabulum adhibere, nunc plane diverso, quin ullum dissimilis acceptioonis indicium extet? Atqui vox *incorporalis* inferius posita idem sonat atque expertem materię. Quum igitur superius docet *nihil esse incorpore, nisi quod non est*, negat quidquam existere quod materię expers sit. Quod idem sonet vox *incorporalis* inferius posita, atque expertem materię, manifestum est. Etenim si Tertulliani iudicio idem significabat *corpus ac res subsistens*; atque idem valebat *vacuum corpore*, quod *nihilum*; perinde illi erat permittere tanquam possibile, ut *aliqua vi occulta esset quidem anima, corpus tamen non esset*; atque concedere, quod res eadē aliquid esse posset, & nihil. Id vero quam sit absurdum, nullus non videt. Quare uti aliis in locis, ita hic generatim docet nihil omnino subsistere, quod sui generis materię concretum non sit; ne ipso quidem excepto incomprehensibili Deo.

2. Subtilia hæc enīmvero sunt, sed falsa aliquot vocabulorum intelligentia hituntur. Quando enim ait: *Omnis quod est, corpus est sui generis: nihil est incorpore, nisi quod non est;* tum corporis, tum incor-

corporalis vocabulum abstracto , latissimoque sensu sumit , ut ejus tota ratiocinatio aperte commonstrat . Nam si corporis nomen hic proprio sensu , rigidoque sumplisset , num , queso , fuisset tam longa circuitio ne opus , ut Christi animam , quæ verum ac materiatum corpus esset , videri posse convinceret , quia ad eum finem mutaretur in carnem ? Animam Hominis profecto & visibilem dicit (a) in libro de Anima , & visam mortalibus oculis fuisse testatur . Præterea si proprium corpus intelligebat , quum diceret : Omne quod est , corpus est sui generis , eadem ratione , qua tam asseveranter pronunciabat quasi rem minime dubiam , nihil existere non concretum materia , nonne poterat assumere tanquam certum , visibile scilicet esse quidquid materia concretum est ? Facilius tamen erat invenire Philosophos , qui corpus omne visibile esse concederent , quam nihil esse omnino , quod verum ac materiatum corpus non sit . Itaque hæc est Terulliani argumentatio : primum asserit in anima Christi , ut ut invibilis illa ab Adversario crederetur , illud ipsum tamen necessario fuisse , quod invisibile dicebatur : deinde addit illud quodcumque sit , ejus corpus esse , quidquid enim est , corpus est sui generis , nempe sua quadam forma , & substantia constituum . His præmissis demonstrare pergit , omnipotentem Deum efficere potuisse , ut illud ipsum corpus sui generis ab Hominibus videtur . Secundo ne cavillandi locus ullus restaret Adversario , qui reponere posuisset animam non esse corpus ; hanc questionem consulto præscindit ; co que rediens , unde incepérat , sic fere concludit : Siue anima corpus dicenda sit , sive ignota quadam vi ,

E 5

negue

(a) §. IV. n. 5.

neque enim vacat bac de re disceptare , posset anima esse , quin simul sit corpus ; nihilominus , quum eidem insit totum illud quantuncunque est , quod invisibile nuncupatur , debuerat Deus illam nobis non representare per carnem , quasi amissu quodam superinducto conspicuum ; sed efficere extraordinario quodam modo , suaque potentia dignore , ut in illud ipsum invisibile quod est anima , oculos figeremus : ne aut impotens videretur , aut mendax ; qui vel mortalium oculis non posset conspicuum reddere id , quod est anima , vel carnem pro anima intinendam offerret . Hujusmodi certe est ejus ratiocinatio . In hac autem ratione cinationis serie quenam sit species contradictionis non video . Imo vero sic accepto vocabulo corporis , ut illud accipendum censemus , pro ipsa videlicet essentia rei ac forma , omnia ad Scriptoris mentem convenientissime fluunt . Etenim quamvis in ejus sententia corpus pro substantia promiscue usurparetur , haud erat hic tamen communis omnium loquendi modus ; & probe neverat , diversam ab aliis virisque vocabulo vim attribui , substantiasque a Philosophis alias corporales dici , alias incorporales . Quid mirum igitur est , si ad litem non necessariam præcidendam concedat , animam incorporam reputari , id est substantiam quidem esse , non tamen corpus ? Neque enim fateatur properea animam esse aliquid posse , quin corpus sit ; sed tantum permissionis instar , ut fieri in disputando solet , utque Adversarium remota lite de nomine certius jugulet , concedit incorporam depuiari animam ; quamquam id ignota dumtaxat ratione , sibique non intellecta fieri posse significet . Hoc enim permisso indecorum nihilominus Deo fuisse concludit , animam non alter , quam media carne visibilem exhibere . Simili-

methodo contra Hermogenem utitur. Ut enim
pressius cum illo agat, dat illi, ut superius (a) ad-
notavimus, esse substantias incorporeas.

3. Accedit quod dum ait *aliqua vi rationis occulta sit quidem anima, corpus tamen non sit quidquid est anima*, ipse loquendi modus declarat eum de incorporealitate illa loqui, quæ non falsa solum, verum etiam impossibilis, & absurdâ evidenter esset: quod ad eam tantum incorporealitatem referri poterat, quæ non materie dumtaxat caret, sed ipsa etiam subsistentia. De altera enim, quæ in sola materiæ privatione consilit, nunquam sic disputat quasi impossibilem credat. Et revera ubi materialam animam probat (b) non inde id colligit, quod impossibile sit esse substantiam experiem materiæ; sed certis illud momentis suadere nititur, ex figura, ex colore, ex nutritione, tum vero etiam ex Philosophorum sententiis, ac si Superis placet, ex Evangelio ipso desumptis, ut (c) alibi ostensum est.

4. Verum ut compendio rem conficiamus, quandoquidem ideo dicitur Tertullianus nomine corporis veram utroque in loco materiem designare, non subsistentiam, ne, dum Adversariis permittebat animam esse, quin corpus esset, illud dicatur permisisse, quod repugnare prolsus existimabat, animam scilicet & substantiam esse simul & non esse; fingamus rem ita se habere, atque utroque in loco corpus materiale intelligi; rogo jam: Nonne dum animam corpus esse assertit, sic loquitur, ut hoc ad rei essentiam pertinere prolsus significet; atque idem in ejus sententia sit animam putare aliquid, & corpus fateri? Quid enim aliud sonant illa: *Quum autem*

(a) Hic num. 1. (b) L de Anima c. 9. & 32. & 37. (c) §. IV.

fit, habeat necesse est aliquid, per quod est: si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus ejus; quid, inquam, sonant aliud quam impossibile omnino esse, ut anima, & sit aliquid, & corpus non sit? Illud vero ipsum num aliter probat, quam uti nos solemus veritatem quamlibet necessariam demonstrare argumento videlicet ex communi rerum essentia ducto? Omne quod est, inquit, corpus est sui generis. Nihil est incorpore nisi quod non est. Igitur si ratio Adversariorum valeret contendentium, non potuisse a Tertulliano permitti, ut anima expers corporis diceretur, si nomine corporis rem subsistente intellexisset, nisi pugnantia concessisse illum dicamus; ne potest quidem permettere animalm carere corpore, quamvis de corpore materiali sermonem habuisset, perinde enim id permisisset, quod in ejus sententia repugnabat. Quamobrem dum ait Septimius: Quum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est: si habet aliquid, per quod est, hoc erit corpus ejus &c. vox corporis eandem vim habet, ac rei forma atque substantia. Dum vero infra subjungit: Sed etiis incorporalis anima depacetur &c. id unum restat dicendum, quod supra dicebamus, cum nempe non ex animo quidem concedere quod absurdum re vera existimat, verum id fecisse, quod catum disparatorem deceat, ut importuna questione semota, Adversarios clarotibus argumentis convinceret. Nihil igitur ex hoc quoque testimonio ad Auctoris nostri errorem probandum deducitur. Quin etiam si quod ex loco cui potest Auctorem hunc corporis nomine meram s̄e substantiam designare, ex hoc maxime id constare arbitror, in quo de materiali corpore loqui nullatenus poterat. Si enim corpus ejusmodi intellexisset,

dum

dum animæ Christi, qualiscunque demum ab Adversariis supponeretur, suum corpus inesse assertebat; num ad divinam Omnipotentiam confugisset, qua visibile illud fici quoquomodo posse ostenderet? Non id certe facit, neque tam abstrusa ratiocinatione utitur, quum de anima Hominis loquitur, quam vere materialem censebat: sed & visibilem sine ulla cunctatione illam dicit, & coloratam, & re ipsa visam. Ac ne quis de anima Hominis speciatim id ab eo affirmari suspicetur, hanc generali corporum legem esse docet, ut colore suo sint praedita: *Coloris, inquit (a) proprietas omni corpori adbarerit.* Si igitur hoc in loco nihil horum commemorat, sed ad divinam Omnipotentiam dumtaxat provocat, ut visibile reddi potuisse inferat corpus illud, quo animam Christi constare profitebatur, an non manifestum est eum, ut nos contendimus, de corpore late accepto quum sapius, tam hic potissimum loqui, dum ait idipsum, pec quod est anima, esse corpus; & quidquid uspiam est, corpus esse? Ad Augustini jam testimonia, quæ contra Tertullianum afferuntur, explicanda progrediamur.

(a) L. de Anima c. 9.

§. U L T I M U S.

*Tertullianus accusatio ex Sancti Augustini,
aliorumque testimoniis petitæ diluitur.*

1. **S**anctus Augustinus ad Optatum scribens (a) post expositam Tertulliani opinionem de anima Hominis materiali, sic ait: *Mirandum non est, hoc*

(a) Ep. 190. olim 157. ad Opt. c. 4.

hoc somniaſſe Tertullianum , qui etiam ipsum Creatorem Deum non esse nisi corpus opinatur . Alibi (a) de quodam Viatore loquens hęc scribit : *Incorporeum sane Deum esse quod credit , gratulor eum binc saltē a Tertulliani deliramentis esse discretum . Ille quippe sicut animam , ita etiam Deum corporeum esse contendit .* Neque id solum de Tertulliano assertit Augustinus ; sed in his locis , quæ (b) alibi protulimus , cauſam etiam assertit , quare Tertullianus id deberet cohærenter ad suam doctrinam sentire . Id enim primo infert ex similitudine , quæ Deum inter , & animam intercedit . (c) *Nihil , inquit , vicinus , aut fortasse nihil tam consequens , quam ut credito quod anima corpus sit , etiam Dei corpus esse credatur .* Id præterea (d) confirmat ex ratione , quæ Septimum impulit , ut materiam animam crederet , quæ quoniam Deo communis est , neceſſe erat utramque ab eo substantiam corpoream affirmari . Frustra autem adduci ajuſe librum de Heresibus (e) ubi Tertulliani dicta exponere sensu Catholico Augustinus videretur , inquiens : *Poſſet enim quoquomodo putari ipsam naturam , ſubtantiamque divinam corpus vocare .* Etenim his in locis , in quibus illum S. Doctor accusat , alleveranter , & fine cunctatione loquitur ; candemque accusationem pluries repetit . Quum vero ait : *poſſet quoquomodo putari &c.* non tam excusat , quam illa hæſitatione declarat modum fidī ejus excusandi , non voluntatem deſſe . Sancto Augustino ſubſcribunt , ut recentiores aliquot Theologos ac Criticos omittamus , Fulgentius (f) &

Gen-

(a) L. 2. de Anima & ejus origine c. 5. (b) §. IV. n. 1.

(c) L. 10. de Gen. ad litt. c. 26. (d) Ibi c. 24 & 25. (e) L. de her. 83. (f) L. 2. de Fide.

Gennadius Massiliensis (a) dum ait: *Nihil creatum aut serviens in Trinitate credamus, ut vult Dionysius fons Arierii . . . nihil corporeum, ut Melito, & Tertullianus: nihil effigiatum, ut Antropomorphus & Vadianus.* Et S. Thomas (b) his verbis: *His rationibus excluduntur deliramenta simplicium Iudeorum, Tertulliani, Audianorum, seu Antropomorphitarum, qui Deum corporalibus lineamentis figurabant.*

2. Hisce argumentis duplii responsione occurritus. Dicimus primo ad vim Augustiniani testimonii definiendam, institutum S. Doctoris potius attendi oportere, quam verba: Secundo allam rem esse, si ejus auctoritas proferatur, quoniam de opinione cuiuslibet veritate dissenserit; aliam vero longeque diversam, quando de mero, ut vocant, factio agitur; idque unum inquiritur, quid scilicet Theologus alter, aut Doctor de uno aliquo dogmate judicarit. Atque ut priori rationi primo insitam, Augustino non erat in objectis locis propositum de natura Dei agitare questionem, corporeum ne Tertullianus Deum, an spiritalem putasset. De una animae substantia disputabat S. Doctor, quam spiritalem esse contra nonnullos ejus etatis Homines tuebatur. Quoniam vero illi praesidium errori suo ex Tertulliano peterent, cuius maxima erat in Africa auctoritas, necessarium duxit Vir sapientissimus tanti Patroni auctoritatem, quoad posset, minuerre. Hunc autem in finem nihil fieri opportunius poterat, quam si animae causam cum Dei causa coniungeret; ostenderetque ad materialem animam adstruendam valere illius Virti testimonium.

non

(a) Lib. de definitionibus fidei sive de dogmat. Eccles. inter opera August. (b) S. Thom. l. 1. co. Gentes c. 20.

non posse, qui Deum ipsum corporatum dixisset. Neque ut hoc modo Augustinus dissereret, necesse erat Tertulliani errorem de Deo corporeo manifeste omnino constare. Satis enim ad ejus Patroni vim debilitandam valebant quæ ille de Dei corpore non semel profert, obscura profecto, & aspera, arque illud præsertim generale axioma, quo nihil esse statuit, quod corpus non sit. Hoc enim axiome ita, ut verba sonabant, arrepto Augustinus jure suo utens Adversarios convincebat, non minus Deum quam animam, corporeum confitendum, quum generalis illa lex utrumque complectetur. Propterea ait, *nihil vicinior aut fortassis nihil tam consequens, quam sub eredito, quod anima corpus sit, etiam Deus corpus esse credatur*; cum cæteris, quæ initio (a) commemoravimus. Novum certe atque iusitatum non est in Augustino, & reliquis Patribus, ut obiectam auctoritatem Doctorum vel negligent aliquando, vel excludent, eti si alibi illos ipsos defendant; & catholice locutos eosdem testentur, quos concedere Adversariis visi fuerant, ne ad importunas, minimeque necessarias controversias distraherentur.

3. Et sane quod inquit, consequens esse Deum esse corpus, si corpus est anima, valet quidem ad Tertulliani de anima errorem refellendum, quo S. Doctor spectabat, non tamen concludit Deum a Tertulliano factum corporeum. Cæterum eodem argumento passibilis quoque Deus, sicuti humanus animus, & coloratus ab eo factus dicendus esset; quod a Septimil sententia longissime abhorret. Inde etiam fortassis quis posset occasionem arripere Partes alios accusandi, quotquot Angelos fecerunt corporeos, quasi

(a) Ex lib. 10. de Gen. ad lit. c. 24, 25, 26.

quasi ob rationis convenientiam male de simplicitate Dei cogitarint. Neque reponi posset specialem animæ cum Deo similiudinem intercedere, quod illam Creator ipse Homini inspiraverit: perinde enim spiritus nuncupantur in sanctis litteris Angeli, animæque: Spiratio vero illa creationem, non propriam divinæ substantiæ derivationem significat. Nam hoc quadrat, quod alias ex Augustino ipso protulimus:

(a) *Vix etiam per me scire utrum Dei spiritus ille sit anima?* Breviter respondeo: *aut ipse est, aut ipso anima facta est: Sed etis ipse est, factus est.* (b)

4. S. Doctorem præterea obiter tantum, atque ut tempus, & conditio rerum ferebat, ea dixisse, quæ supra enarravimus, vel inde patet, quod in altero ex citatis locis (c) postquam dixerat de Tertulliano: *Quid enim verius dicere potuit, quam quod ait quodam loco OMNE CORPORALE PASSIBILE EST: debuit ergo mutare sententiam, qua paullo superius dicerat etiam Deum corpus esse;* hac continenter aitexit: *Neque enim arbiorum eum ita despiciisse, ut etiam Dei naturam passibilem crederet.* Enim vero hoc dicens ostendit non esse ejus loci, sinceram Tertulliani mentem scrutari, sed curæ sibi esse dumtaxat argumentum ex ejus Scriptoris autoritate ad materialem animam adstruendam deductum instingere. Nam si rem vestigandam sibi curiosus judicasset, facile deprehendisset a Tertulliano (d) apertissime, & sepius impassibilem Deum pronunciari. At enim diligentiorem hanc inquisitionem exequitur in libro de heresis, ubi ejus institutum postulabat, ut de vera germanaque Tertulliani doctrina Catholicos Lectores instrueret.

Porro

(a) Aug. ep. 205. olim 146. (b) Vide dicta §. IV. n. 7.
(c) L. 10. de Gen. ad lit. c. 25. (d) Consule §. 1. n. 8.

Porro quam eo in loco sententiam de Tertulliano ferat, audiamus. Tertullianus ergo, inquit, (a) sicut scripta ejus indicant, animam dicit immortalem quidem; sed eam (b) corpus esse contendit: neque banc tantum, sed ipsum etiam Deum. Nec tamen hinc hereticus dicitur factus. Posset enim quoquomodo putari, ipsam naturam substantiamque divinam corpus vocare; non tale corpus, cuius partes alia majores, alia minores valeant, vel debeant cogitari; qualia sunt omnia, qua proprie dicimus corpora; quamvis de anima tale aliquid sentiat: sed potuit, ut dixi, propterea putari corpus Deum dicere, quia non est nibil, non est inanitas, non est corporis, vel anima qualitas; sed ubique totus, & per locorum spatia nulla partitus; in sua tamen natura, atque substantia immutabiliter permanet. Non ergo ideo est Tertullianus factus hereticus: sed quia transiens ad Cataprygas, quos ante destruxerat, capis etiam secundas nupicias contra apostolicam doctrinam tanquam supera damnare; & postmodum etiam ab ipsis divisus sua conventicula propagavit. Haec tenus Augustinus. Itiulmodi porro excusatio infirmari inde nequit, quod sit illa adjuncta particula quoquomodo. Ejus enim particula adjectio indicat eam, quae ab Augustino subjungitur, non esse intelligentiam vocabulo *corporis* communiter attribuam; sed eam tamen esse, quae ratione, atque exemplo non careat. Quod enim eo sensu purissimum quicunque spiritus possit corpus vocari, auctor est S. Doctor quem ait: (c) *Incorpoream quoque esse ani-*

(a) Har. 83. (b) Codices ante Benedict. Patrum editionem impressi habent: *sed eam effigiatum corpus esse contendit; neque banc tantum, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum.* Nec tamen &c. (c) Ep. 166. olim 28. ad Hieron.

animam etis difficile tardioribus persuaderi potest, mibi tamen fateor esse persuasum. Sed ne verbi controvèrsiam vel superfluo faciam, vel merito pastar, quoniam quum de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est omnis substantia, vel essentia; vel si quid aptius nuncupatur id, (a) quod aliquomodo est in se ipso, corpus est anima. Item si eam solam incorpoream placet appellare naturam, qua summe incommutabilis, & ubique tota est, corpus est anima; tum post pauca: unde intelligitur anima, sive corpus, sive incorporea dicenda sit, propriam quandam habere naturam omnibus his mundane molis elementis excellenterem. Quæ verba haud clariora, opinor, sunt ad spiritalem naturam animæ demonstrandam, quam illa sint Tertulliani pluries a nobis producta, quibus verum spiritum esse ex propriis spirituum dotibus ostendit Deum. Verum quid amplius ad Septimum absolvendum requirimus, quum Augustinus in eadem sermonis serie bis repeatat eum, ad Dei simplicitatem quod spectat, hæreticum non esse factum. At si vere corporeum Deum fecisset, hæreticus procul dubio in eo factus fuisset. Neque enim id assertit S. Doctor hoc sensu, quasi in eo quidem errat Septimus, non tamen contra definitum, certumque dogma continuax fuerit. Etenim ut hæresis nostra ab eodem removeat, non hanc sane assert causam; sed alteram; quod nempe ejus verba catholicam significationem suscipiant. Quid? ubi hæresim Anthropomorphitarum recenset, (b) num mentionem ullam de Tertulliano iniicit? Num vereti saltem se dicit, ne Scriptor ille eorum deliramentis proluscerit? At in.

quo

(a) Quam simile est illud Tertul. §. 5. n. 2. notatum: Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus ejus. (b) Hærel. 50.

quo illum vere errasse censebat , nupris secundis
reje^ctis , (a) in eo Hæreticum pronunciate non
dubitatis .

5. Ajebam secundo , aliam rem esse , quum
Augustini profertur judicium pro dogmate quoipiam
confirmando ; aliam vero , longeque diversam , dum
quaeritur , quæ fuerit alterius Scriptoris sententia .
Hoc autem loco non disceptamus , quid de natura
Dei sentendum sit ; verum quid de illa Septimus
senserit . Jam vero si ejus nos scripta deficerent ,
aliorum dumtaxat Scriptorum testimonium audiendum
esset ; atque Augustini proprie*ter* in eadem
Provincia cum Tertulliano nati . Eisi quum difficil-
le sic hujus vel illius Auctoris , cujus libri interie-
rint , opiniones , erroresque certo cognoscere , satis
intelligimus , quandocunque animadvertisimus Ite-
nnum , Epiphanium , Philastrium , Augustinum ,
Theodoretum , aliosque plures in veterum notandis
hæresibus non raro inter se dissentire . Cujus rei lu-
culentum exemplum hæc ipsa nobis controversia
supperit ; in qua de vera Melitonis doctrina magni
utrinque Viri ad hanc usque diem decertant . Ve-
rum quum illos ipsos Tertulliani libros , unde erro-
ris suspicio oritur , in manibus habeamus , studio*ia*
inquisitione , rerumque collatione , non pondere
auctoritatis agendum est , ut si hunc Auctorem pur-
gare nobis obrigerit , id Augustino ipsi non modo
non injuriosum , sed gratum etiam accidere debeat .
Atque ut iis , quæ superius animadvertisimus , hoc
obiter addamus , offendit Augustinum nomen cor-
poris summo Deo tributum : sed quid mitum , si id
illum offendit ; quum S. Doctor ipsum nomen
sub-

(a) Hær. 83.

substantia, quoties de Deo sermo est (a) reprehendat? Præterea sicuti Theodoretus (b) Audium ideo putat corporeum Deum fecisse, quæd diceret Hominem Deo similem esse secundum corpus; quamvis hanc illi hæresim nusquam tribuat Epiphanius; (ut recte (c) monet Petavius) ita potuit Augustinus suis objicere Adversariis, corporeum factum a Tertulliano Deum perinde atque animam; quoniam ille asserebat nihil esse, quod corpus non esset. Ceterum si Tertulliani scripia consilimus, si alia cum aliis dicta ejus conferimus; si dotes, quas Deo tribuit, soli spiritui convenientes; quæque a Deo removet universorum propria corporum considerimus; dissimile inque rationem, quam in disputando tenet ubi de anima differit, eique proflus contrariam, qua utitur quoties de Deo loquitur, solido fundamento caret quicunque vel ex abstrusiore aliqua hujus Scriptoris ratiocinatione, vel ex generalibus quibuidam ab eo statutis principiis, vel dicendi formulis inferat, eum contra divinam simplicitatem ertasse. Immo vero si quemadmodum auctoritatem Septimii prætendebant ii, qui materialiam animam statuebant, ita ejusdem nomine abusi fuissent, ut Deum corporeum facerent, nullus dubito, quin multo plura fuisset S. Doctor dicturus, ut illum ab ejusmodi calumnia liberaret; quam dixerit

(a) L. 7. de Trin. c. 5. *Manifestum est Deum abusive substantiam vocari ut nomine usitatiōe intelligatur essentia, quod vere, & proprie dicitur.* Nam, ut ait paullo ante, *Deus autem si subsistit ut substantia proprie dici possit, in eo aliiquid transquam in subjecto, & non est simplex . . . Nihil est autem dicere ut subsistat & subsit Deus bonitati sue; atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia; neque ipse Deus sit bonitas sed.*

(b) L. 4. de hær. c. 13. (c) Tom. 1. de Deo l. 2. c. 1.

scit ut ejus auctoritatem censura sua minoreret. Quid? quod Augustinus ipse Tertulliani defendendi viam nobis commonstat, atque aperit. Uii enim illum affirmat ideo corporeum fecisse Deum, quod cogitare non posset, esse aliquid omnino, quod corpus non sit, ita possumus nos simili quadam argumentatione illam eidem accusationem repellere. Nam quum ille impassibilem Deum, nullique passioni obnoxium (a) asseveranter adeo pronunciasset, qui potuisset hoc alterum axiomaticis loco (b) statuere: *Omne corporale passibile est*; si Deum corpus esse vero sensu ac proprio existimat? Rectissime igitur concludemus incorporeum, ac simplicem a Tertulliano creditum Deum; quoniam nihil ille corporeum cogitare poterat, quod passibile etiam non esset. Accedit, quod Augustino teste (c) per spatio diffundi, locis capi, babere partes dimidiis, tertiaris, quartas, totas, corporum proprium est. Itaque quum Septimius individuam omnino Dei substantiam, immensamque profiteretur, (d) haud poterat sane verum, ac proprium corpus censere Deum, nisi corpus illum appellaret.

6. Quæ quum ita sint, non tam damnati ex testimonio S. Doctoris Tertullianum, quam variæ Augustini ipsius dicta componi secum arbitror oportere; ita ut neque deceptus S. Doctor specie rerum dicatur, & absoluens e judicio alter discedat. Id vero hac ratione, ut opinor, effici potest. Augustinus in memorata epistola ad Optatum; & in 2. libro

(a) L. co. Prax. c. 29. & 30. & l. de Anima c. 29. (b) L. de Anima c. 7. (c) Serm. 227. olim 102. de diversis. (d) L. co. Herm. c. 39. & 44. & l. co. Prax. c. 5.


libro de *Anima*, ubi errorem oppugnat corpoream animam statuentium, jure suo quodammodo uitit, Tertullianum notans; qui *corpus* animam iuxta & Deum vocaverat; ne Adversarii videlicet ad errorum suum tuendum auctoritate ejus Vici niterentur, qui vel ipsum Deum corpus nominasset. Quamobrem ne minimam quidem ibi mentionem facit ejus dilectionis, quod latissimum tamen statuit Tertullianus inter animæ naturam, & Dei. At in libro de *Genesi* ad litteram curiosius perscrutatur, quid moverit Tertullianum, ut Deum corpus vocaret; ejusque rel caussam hanc dicit fuisse; quia *timuit*, ne *nihil esset*, (verba sunt Augustini) si *corpus non esset*. Hæc quoque animadversio S. Doctoris confundandis materialiæ animæ Assertoribus mirifice serviebat. Tandem in libro de *hæresibus*, ubi res pro veritate, proque instituto disquirenda erat, judicium suum profert; questionemque absolvit asserens, Deum potuisse a Septimio *corpus recte nuncupati*, nempe *substantiam in se permanentem*: quo sensu S. Doctor non dubitat ad Hieronymum scribens (a) animam vocare *corpus*, quum tamen in epistola altera ad Optatum (b) inter ea, quæ tanquam firmissime credenda enumerat, hoc etiam adnoter, animam non *corpus esse*, sed spiritum. Non est porro prætereundum, quod librum de *hæresibus*, in quo Tertullianum excusat, scripsit anno 428. biennio circiter ante mortem, posteaquam scilicet cætera, in quibus ille reprehenditur, conscripsisset.

Ad

(a) Ep. 166. ad Hier. olim 28. (b) Ep. 190, olim 157.
ad Opt.

Ad Gennadium quod attinet , ac S. Fulgentium (a) & S. Thomam , aliosque nonnullos , sicuti Augustinum in Tertulliano accusando fecuti sunt , ita possunt illi eadem ratione , qua in Augustini dictis explicandis usi sumus , expōni .

(a) Fulg. L. 3. de verit. Præd. & Fid. c. 21. hæc ait: Tertullianus quippe animam non spiritum esse dicens , sed corpus , vehementer erravit , eo usque despiciens ut etiam summum , & verum Deum corpus esse diceret : quem non solum deo rerum omnium conditore legamus , quia DEUS SPIRITUS EST ; verum etiam de Angelis , quos Deus creavit , dicatur in psalmo : QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS . At quam diserto Tertullianus Spiritum esse Deum testetur , neque impropto quodam sensu , quo spiritum ipsam quoque animam nominabat , sed proprio , demonstratum est §. IV.



DIS-

89

DISSERTATIO DE S. EPIPHANIO.

§. I.

Scripta S. Doctoris expenduntur, atque ab Antropomorphismi suspicione purgantur.

1. **O**casionem de Epiphanio dubitandi dedere quæ in libris de hæresibus S. Doctor conscripsit; quæque de eodem Sozomenus, & Socrates narrant. Verum si paulo attentius ad hæc expendenda animum advertimus, falsam esse, planeque calumniosam de Sanctissimo Antistite suspicionem cognoscimus. Atque ut ex libro de hæresibus sumamus exordium, ajunt ad hæresim LXX. Audium (a) Antropomorphitarum. Auctorem pluribus ab Epiphanio laudari. Sic enim (b) loquitur. *Audius e. Mesopotamia oriundus domi clarus in primis fuit propter & vita integritatem, & vina fidei zelum, & ardorem. Qui quum sape nonnulla videret, qua in Ecclesiis perperam geruntur, Episcopos, ac Presbyteros coram increpare, ac redargere non verebatur. Multis deinde de insigni illius zelo, ac fortitudine additis, dum ejus fateatur errorem, hunc ipsum ita extenuat, ut nihil ab eo contra fidem peccatum suisse pronunciet hitice verbis. Neque vero ulla in re ab recta fide distedit, sed ipse cum fuit sinceram in omnibus religionem tenuit. Quanquam est quiddam peregrinum, in quo paullo pervicaciis*

F

Audil
& doctrina
& mores

cius

(a) Alii Audaeum nominant. (b) In Panario ad hæres. 70. num. 1. ex interpretatione Petavii.

cius confidantur. Idque apertius declarat (a) mox inquiens. Ergo & de Patre, Filio, & Spiritu Sancto practicare, & ex Ecclesia Catholica prescripto sentiunt; nec transversum ab eo unguem defleunt: & est reliquum vita illis institutum sane quam egregium. & admirandum; adeo ut non ipse modo, sed & qui illi adbaserunt Episcopi, Presbyteri, ac reliqui omnes de manuum suarum labore videntur. Posteaquam vero ab Ecclesia pulsus est, ab Episcopo quodam, qui ob easdem contentiones ab Ecclesia recesserat, Episcopus ordinatus est. Verum ut ab hoc divericulo ad illud tradendum me referam, quod eram aggressus, sciendum est, quanday illos Scriptura vocem duriore quodam, & imperitiore modo, & vero perinacius interpretari. Nam quod ad imaginem Dei creatus Adamus dicitur, praefacie illi referendum ad corpus existimat. Quum enim scriptum sit: Faciamus Hominem ad imaginem nostram, & similitudinem; statim illud subjiciatur; Deum sumpto de terra pulvere Hominem fabricasse. Quum igitur Hominem de terra formatum assertat, vides totum illud e terra constitutum verissime Hominem vocari. Ex quo sequitur de terreno illo praeclaram, fore ut ad imaginem Dei conderetur.

2. Hæc de Audianis S. Doctor enarrat. Ex quibus excusari illi fortasse possent, accusari Epiphanius profecto non potest. Per exiguum enim illud esse ait, in quo illi peccabant: nullam tamen de Deo corporeo mentionem facit. Errorem hunc neque hoc in loco, neque uspiam alibi Audianis attribuit. Itaque vel in eo Audius non errabat, vel ejus errorem Praeful sanctissimus ignorabat. Mōdum tantummodo improbat, quo verba Genesios in-

(a) In Panario ad hær. 70. n. 2.

interpretabantur, atque imaginem Dei, quæ Homini insidet, ad corpus pertinere assertebant. Quod vero inde consequi videtur, corporeum fieri Deum, cuius imago in humano corpore resideret, adeo hoc Epiphanio obesse nequit, quin potius ad suspicionem omnem diluendam apprime confert. Etenim hac ipsa de causa Audianorum opinionem phanias confutat, quia, si imaginem Dei ad corpus referimus, aliquid in Deo videmur corpori suspiciati. Hac enim paullo post recitata verba subjungit. *Nam aut aspellabilem Deum faciemus, ac corporeum, si in corpore nostro corporea perinde ratione, ac figura istiusmodi imaginem collocandam putemus: aut eum Deo Hominem aquabimus, si bac usserere velimus.* Quum sic disputat S. Doctor, quis non videt eum ab Antropomorphitarum hæresi longissime absuisse? Ceterum præcipua causa, cur Audianos reprehendendos puraret, erat singularis quædam temeritas, qua intelligentiam sacri Codicis sibi unis audacissime arrogantes contendebant, divina illius imaginis rationem esse in Adami corpore collocandam. Quamobrem ne alterum quidem definiendum esse a privatis Hominibus admonebat, nimisrum sola anima divinam similitudinem circumscribi; quoniam arrogantis esse existimabat, id pro certo statuere, quod Ecclesia nondum definivisset. Itaque (a) sic prosequitur. *Unde quum in bac parte, majore, quam par sit, contentione studio ducantur, ab Ecclesiastica traditione (Audiani) ac doctrina recedunt: quia quum omnes Homines ad Dei imaginem creatos esse fateatur, nullam tamen partem definis in qua istiusmodi imaginis ratio collocanda videatur.* Allis
F 2 dein-

(a) Idid. n. 3.

deinde hac super re Hominum opinionibus enumeraatis, refutatique, immoderata rursus definiendi libidinem fugillat inquiens. Ita porro credendum est, imaginem in Homine reperi, ut in toto maxime, nec simpliciter restdeat. Ceterum ubinam illa maxime sit, & qua parte compleatur quod dictum est, Deus novit, qui singulari hoc imaginis sua beneficio Hominum genus afficeret voluit. (a) Speciatim vero eorum sententiam, qui anima sola Deum representati attribabantur, ideo respuit, quia non satis praeclare videbantur de incomprehensibili Dei natura sentire. Deus enim, inquit, (b) infinitis pra anima partibus, eoque amplius comprehensionem omnem, ac cogitationem effugit; ut pote cui prospetta sunt omnia tam praterita, quam praesentia, tam quae videntur, quam quae videri nequeunt, terra fines, profunde voraginis ima, caelstium orbium summa, quidquid denique usquam est. Ipse enim, quantum omnia comprehendet, tum a nullo comprehendatur. E contrario vero anima corpore continetur &c. Qua comparatione absolute, ad Audianorum confutationem iterum rediens, sic (c) rursus illos exagitat, ut una divinitate simplicitatem luculentissime demonstret, ac vindicet. Sic enim loquitur. Nec minus & aliarum reuicienda sententia, qui corpus ad imaginem Dei esse factum predican. Nam qui fieri potest, ut quod appetibile est, ei simile sit, quod videri non potest? aut corporeum corporis experti? aut quod contreclarari potest, ei, quod apprebendi nequit?.... Spiritus enim Deus est, qui omnem spiritum exsuperat, & lux luce omni præstantior. An vero qui tam distincte

ex-

(a) Simillima plane habet in Auctorato n. 55. (b) Num. 4. (c) Num. 5.

expresseque omnem corpoream similitudinis rationem
a Deo removent, an, inquam, possumus, mate-
riatum ne Deum ille idem finxerit. dubitate?

3. Poterit fortasse quempiam illud Epiphanius dictum moveare, quod legitur paullo post. (a) Nam quum Audiani plurima ad suam causam loca Scripturarum congererent, quæ visum sepe ab Hominibus Deum commemorant, id S. Doctor non modo non iniiciatur, quin etiam non cogitatione sola, sed oculis ipsis conspectum eum fuisse concedit. Hisce enim Esaïæ productis verbis ex cap. 6. Dominum exercitum vidi oculis meis, hæc adnotat. Non mente dixit; non cogitatione; sed oculis; unaque veram, ac solidam fidem statuit. Verum si tota illa disputatio accuratius consideretur, adeo ad Anthropomorphitarum heresim fovendam traduci nequit, ut initifice potius fidem disputatoris de summa Dei simplicitate commendet. Quod enim Deum aliquando Homines viderunt, catenus id verum esse profiteruntur, quatenus Scriptura testatur, ac docet: quoniam omnem illico subiecit, quod in Evangelio vicerimus legitur Deum a nomine unquam esse conspectum. Nihil erat videlicet ab ejus mente alienum magis, quam ut illum Divini vultus conspectum ex forma aliqua Dei propria, figuraque deduceret. Dixerat enim superias: Qui fieri potest ut quod asperibile est, ei simile sit, quod videri non potest, aut corporum corporis experti? Itaque collatis invicem, quæ opponi in speciem videntur Scripturæ locis, modum, quo Prophetæ viderint Deum, negat esse curiosius inquietendum, dummodo ab Omnipotenti Deo credamus id fieri posuisse; Quum nibil sit ejus (b) (ut

Epiphanius docet Deum esse expertem corporis spiritum, & invisibilem.

(a) Num. 7. (b) Num. 6.

supra dixerat) potestati subirallum . Enimvero si Antropomorphitis S. Præfus favilset existimans Deum sin minus corpore , effigie saltem aliqua corporali constare , non erat profecto cur ea , quæ de viso ab Hominibus Deo narrantur , explicaturus ad summam Del potestatem sapientiamque consugeter . At enim quoniam ille invisibilem Deum esse , nullaque figura prædictum , eadem docente Scriptura , certissime sciret , quæ cumdem adspectum a Prophetis aliquando fulsse commemorat , in hoc proinde mirabile quiddam , arcanumque latere admonet , quod assequi humana mens nequeat ; ejus vero efficiendi rationem is unus norit , qui præpotens est , (sive veeba num. 7.) & quodcumque libitum est , molitur , ita tamen ut qua divinitatem ipsius deceant , perpetuo faciat . Eandem rem iterum atque iterum inculcat ac versat ; id tamen semper cavit diligentissime , ne quid in Deo corporeum , ne quid nostri simile suspicemur . Audiamus quam castigata loquendi ratione , quamque digna Deo ille utatur , quem ru-dibus Antropomorphitis Historici aliquot adhuc sibi scripsierunt . Propheta (a) haud dubie , & apostoli Deum viderunt : idque ipsum certissimum est ; sed habentius viderunt , quatenus poterant ipsi , & quantum licebat ; ac quemadmodum voluit Deus , se videndum bis præbuit : quippe omnia sunt in ejus potestate posita . Neque vero dubium est , quin Deus videri , comprehendique nequeat ; idque in confessio est apud omnes . Sed & illud perinde certum , posse illum qua velit efficiere . Nullus est enim , qui ejus voluntati resistat . Quare quoniam & natura visum omnem effugias , & ipesus comprehendi gloria nequeat , carmen quoties Homini ,

(a) Num. 7.

mini, quem produxit, videndum se prabere voluerit, nibil ejus voluntati reluatatur. Et tunc post paullo: Deum quidem videri prasertim ab humana natura non posse fasemur: neque quod appetibile est, id, quod videri omnino non potest, intueri fas putamus. Sed idem tamen invisibilis Deus pro sua humilitate, ac potentia imbecillam actem ita virtute sua corroborare dignatur, ut quod videri aliqui non potest, appetat. Porro quum invisibile illud, & infinitum appetat, non quatenus infinitum est, illud intuetur; sed quantum illius, quod imbecillum est, natura capere potest, ejusmodi vi, ac virtute confirmata, us ad potentis illius notitiam adequare se possit. Hoc Epiphanius; qui profundissime insitam ejus animo, insculptamque significavit de summa Spiritus divini simplicitate sententiam. Quod luculentius adhuc comparatio adjuncta confirmat, qua ille pro modulo capioque humano explicare studet quomodo visibilem simul Deum, & invisibilem esse Scriptura condoceat. Quemadmodum, ait, (a) si qui Calum per angustum foramen transpiciat, ac Calum videre se dicat, non utique mentiatur: vides enim revera Calum. Quod si quis prudenter dicat: non vides Calum, ne it quidem mentietur: neuter, inquam, mentitur, neque qui vindisse se dicit, neque qui negat. Neque enim extensio nem Cali ac latitudinem aspexit. (b) Simili quadam ratione & visum olim fuisse Deum affirmat, & videri eundem minime potuisse. Sic enim pergit: Jam si in Creaturis ita sece ret habet, quanto magis in gratuito illo beneficio, quod Deus Prophetis, Apostolisque concessit? Ergo illi Deum existentem revera contarii sunt; & simul non sunt contuicii. Viderunt quidem

(a) Num.8. (b) Eadem habet S. Doctor in Anecdoto n. 53. & 54.

dem quatenus ipsorum natura sustinebat : idque virtutis illius beneficio , qua praeponens ille Deus pro singulari suo erga Hominem amore , qui sibi ex animo , ac sincere serviebat , afficere illum voluit . Sed se manus , aut oculos , aut alia id genus membra inesse Deo suspicentur isti , quod ad eum modum Prophesis & Apostolis conspiciuntur , inani quodam studio contentio[n]is elati a veritate ipsa refelluntur .

4. Jam vero si hec de Audianis pronunciat , quatenus illi tantummodo similitudinem membrorum aliquam inesse Deo suspicentur , quenam , rogo , contra eosdem , quantoque acerbiora proficeret , si verum ab iis corpus attribui Deo existimat[ur] ? Illud certe ad finem usque disputationis sanctissime tuerit , quod initio processus fuerat , quidquid nempe de Apostolis , ac Propheciis referri legimus , id totum esse ad Dei potentiam referendum , qui sui vultus intuitum ineffabili quodam modo quibus ipsi placet , indulget . Omnia quippe potest Deus : (praeclaras iterum sunt S. Antistitis verba) nec est quidquam quod ejus potestatus effugiat . Idem vero comprehendendi non potest ; quem sit spiritus , quem intelligentia nulla penitus percipere potest ; itaque , ut omnia contineat , & a nullo contineatur . Paucis delinde

Epiphanius in subjunctis , finem huic controversiae in hunc modum imponit . Atque bac adversus Audium , Audianosque explicantur disputantes , illorum dogmata proposuimus : qua similitudinē quadam ratione , ac pertinaci contentionis slando surpiserat afferant . Evidem quum ista perlegebus rem , visa sunt mihi simillima , ac plane gemina concessa contentit Chrysostomus ; cuiusmodi illud est . (a) Quid igitur dicemus voca-

(a) Hom. 14. al. 15. in Joan.

vocalissimo Esiae dicenti: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum?* Alii quoque ipsum viderunt. Quid ergo Joannes ait; Deum nemo vidit unquam? Ut ostenderet illa omnia attemperationem quamdam esse, non nuda substantia visio nem, & paullo post. Multi pro captu suo illum vide runt; substantiam vero nemo vidit. Et alterum illud. (a) Quanquam non ipsum sine temperamento lumen, neque ipsam puram substantiam videbant, sed qua videbantur, attemperata erant. Quid autem est illa attemperatio? Quando Deus non sicut est apparet, sed ad modum ejus, qui ipsum visurus est, se se attemperat, videntiumque infirmitati se se accommodat. Nonne, inquam, hæc simillima illorum sunt, quæ ex Epiphanio recitavimus? Viderunt (b) quatenus poterant ipsi.... Neque vero dubium est, quin Deus videri comprehendique nequeat, & rursum. Sed idem tamen invisibilis Deus pro sua humanitate ac potentia imbecillam aciem ita virtute sua corroborare dignatur, ut quod videri alioquin non potest, aspiciat. Porro quum invisibile illud & infinitum aspicit, non quatenus infinitum est, illud intuerit, sed quantum illius, quod imbecillum est, natura capere potest. Hæc utriusque S. Doctoris verba dum confero, satis mirari nescio, qui potuerit pinguissimi erroris nota aspergi Epiphanius quasi Deum corporeum fecerit; Chrysostomus vero in contrarium propendisse partem sit visus, ut ejus interpres eo convertente sua studia debeat, ut negatæ ab eodem visionis Dei intuitivæ suspicionem depellant. Verum quanti astimanda sit eorum, qui Cyprium Doctorem accusant, auctoritas, clarus deinceps constabit.

5. Ne-

(a) Hom. 3. de incompr. Dei natura. (b) Num. 7. Superius cit.

5. Nemo interim mirabitur tam multis Epiphanius de Dei imagine disputasse, qui noverit, Adam, quam varie sint super divine illius similitudinis, dicatur atque imaginis, ad quam Homo est factus, interpretatione sententiae. Etsi enim imaginem illam in Dei factus anima potissimum fratram esse omnes conveniant; eius? eadem tamen in corpore ipso tanquam in signo quadam contineri docet Augustinus, (a) qui posteaquam Hominem esse Dei imaginem affirmasset non secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, nihilominus illud adjectit: *Quanquam & in ipso corpore habet quandam proprietatem, qua hoc indicet, quod erella statura factus est.* Eadem quoque consentit Bernardus. (b) Singulare est autem, quod quæsitum olim perlegimus, an uidelicet Virorum dumtaxat propria imaginis ratio, non Fœminarum censenda esset. Quam ita rem Theodoretus (c) sicuti Angelos, ita ad imaginem Dei propriæ factas esse Feminas negat. Id vero longe antea dixerat Tertullianus ex eodem Pauli loco, unde Theodoretus aliique argumentantur, sic disputans: (d) *Caput Viri Christus est. Quis Christus? Qui non est Vir auditor?* Caput enim ad auditoriam posuit: auditoria autem non alterius erit, quam Auditoris. Cujus denique Viri caput est? Certe, de quo subiicit: (e) *Vir enim non debet caput velare, quem sit Dei imago.* Igitur si Creatoris est imago, ille enim Christum sermonem suum intuens, Hominem saturum, Faciamus, inquit, Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram;

(a) L. 6. de Gen. ad lit. c. 12. (b) Serm. 24. in Cant. adde Prudentium in apotheosi, immo etiam Ireneum, qui L. 5. c. 6. ait: *& carnem plasmataam esse secundum imaginem Dei.* (c) Quæst. 20. in Genel. (d) L. 5. co. Marcion. c. 8. (e) Epist. 1. ad Cor. c. 11.

stram ; quomodo possim alterum babere caput , non cum , cuius imago sum ? Questionem omnem acute distinguit , & dicimus Augustinus . (a) Quomodo ergo , inquit , per Apostolum audivimus , Virum esse imaginem Dei ; unde caput velare prohibetur ; Multorem autem non ; & ideo ipsa hoc facere jubetur ? Nisi credo illud esse , quod jam dixi , quoniam de natura mentis agerem ; Mulierem cum Viro suo esse imaginem Dei , ut una Imago sit tota illa substantia . Quoniam antem ad adjutorium distribuitur , quod ad eam ipsam solum attinet , non est imago Dei : quod autem ad Virum solum attinet , imago Dei est iam plena , atque integrata , quam in unum conjuncta muliere . Hanc porto imaginem similitudinemque alii in anima colligunt , quatenus immortalis est , potensque rationis & spiritualis . Ita p̄t̄ c̄retis Eusebius , (b) & Basilius (c) . Alii in libero illam arbitrio statuunt . Ita Tertullianus , (d) Hieronymus , (e) Damascenus , (f) Bernardus . (g) Alii in summo dominandi iude , ac principatu , quem in reliqua anima obtinet . Ita Chrysostomus , (h) Iudorus Peluflota , (i) Cyrillus Alexandrinus . (k) At illam in ornamentis virtutum reponunt Ambrosius (l) Petrus Chrysolodus , (m) aliquis . Sunt etiam , qui in communicatione Sancti Spiritus , ac divinitatis consortio contineri eam dicant : quod p̄t̄ c̄retis luculentissime declarat idem Cyrillus . (n) Ex qua opinionum diversitate colligitur ratio , unde altera .

Pa-

Mira-
Patrum.
in imagi-
ginis di-
vinæ ra-
tionē ex-
ponenda
varietas.

-
- (a) Lib. 12. de Trin. c. 7. (b) In catena Græca in Genes. (c) Homil. 10. in Hexam. (d) L. 2. co. Marc. cap. 5. & 6. (e) Epist. 21. Edition. Veron. al. 146. (f) L. 2. de Fide c. 12. (g) Lib. de gratia & lib. arb. (h) L. de Virginit. c. 46. (i) L. 3. ep. 95. (k) L. co. Antrop. c. 2. & 3. (l) L. de bono mor. c. 5. (m) Serm. 120. (n) L. 34. thes. & dial. 7.

Patrum hac de re disputantium dissensio concilleatur. Etenim amissam Adæ peccato imaginem, eandemque per Christum iterum restitutam fuisse docent Hieronymus, (a) Basilius (b) & laudatus Cyrillus. (c) Illam contra periisse in Adamo negant Epiphanius (d) & Augustinus, qui quod alibi (e) dixerat, emendat his verbis: (f) *In sexto libro quod dixi, Adam imaginem Dei, secundum quam factus est perdidisse peccato, non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit; sed quod tam deformis, ut reformatione opus haberet.* Utrumque porro restringit dicitur. Illi enim ad supernaturalem imaginem communicatione gratiae impressam, hi ad imaginem in libero arbitrio, ceterisque dotibus animæ naturalibus tam alludent. Alii denique non eandem *imaginem*, quam similitudini significationem attribuunt. Ita Irenæus (g) Hilarius, (h) Paullinus Nolanus (i) Nissenus. (k) Cyrillus tamen idem utroque vocabulo significari arbitratur; (l) eique assentitur Hieronymus, quem ait (m) signari nos Spiritu Sancto ut, illam recipiamus *imaginem, & similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus.* Enimvero, quicunque isthac a Patribus super celebri Genesios testimonio tam varie disceptata consideret, is mirari, opinor, desinet, cur Epiphanius nollet de ratione illa imaginis tam multa dixerit, Audianos redarguens, quod suam vellent in tanta opinionum varietate interpretationem præscribere.

§. II.

-
- (a) In cap. 4. ad Epif. (b) L. 5. cc. Eunom. (c) Dial. 7
 (d) Epif. 51. al. 60. (e) L. 6. de Gen. ad lit. c. 27. (f) L. 2
 Retr. c. 24. (g) L. 5. c. 16. (h) L. 1. ad Conf. (i) Epif. 2
 (k) Orat. 1. ad illa verba, Faciamus &c. (l) L. co. Antropom.
 c. 5. (m) In cap. 4. Ep. ad Ephes.

S. I. L.

*Eorum, qui S. Epiphanius Anteponomorphis
insimularunt, testimonia recelluntur.*

1. **P**rimus inter Historicos, qui Epiphanium antropomorphismi insimulaverit, censetur fuisse Socrates. Hic de Theophilo Alexandrino Patriarcha loquens, (a) qui Chrysostomum hostiliter est insectatus, hæc scribit: *Amicitiam quoque redintegravit cum Epiphanio Constantia Cypri Episcopo, quo ante dissidebat. Insimulaveras enim Theophilus Epiphanium tanquam abjecte sentientem de Deo, quem humana specie præditum esse arbitraretur. Quum ergo Theophilus de Deo ita sentires, eosque reprobenderes, qui Deum humana figura præditum esse censebant, præodio tamen, quo in alios ferebatur, ea, qua sentiebat, palam abnegebat: iniuste tunc amicitiam cuius Epiphanio, quo cum ante dissensiebat, perinde ac si pænitentia duclus idem cum illo sentires de Deo. Similis est narratio Sozomeni, qui Socratem sere excusat. At enim; (b) *Quumque considerares (c) magno sibi emolumento fore, si Epiphanium Salaminis in Cypro Episcopum participem, & consortem consiliorum suorum haberet, Virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum, eum sibi Amicum adjunxit; licet ante此 eum reprobenderet, quod Deum humana specie præditum opinaretur. Hic respondet posset, neutri Historico fidem esse adhibendam, quorum opera multis scatere mendaciis compertum est. Id sane reponunt Baronius, ac Bellarminus, qui plu-**

(a) Lib. 6. hist. Eccl. c. 10. secundum interpretationem Valesii. (b) L. 8. his. Eccl. c. 14. (c) Theophilus.

plures ejusmodi lapsus castigant. Ac de Sozomeni quidem historia hæc habet Gregorius M. (a) *Ipsam Sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur.* Nihilominus hac uti response nolumus. Neque enim omnis confessim fides Historico cuiquam neganda est propterea, quod aliquando fabulas fingat, aut confitas ab aliis referat. Quia si ratio valerer, viz quidquam certi argumenti petere ex historia licet. Quotus enim quisque est, qui, quam multa consentanea veritati narrat, non aliquid humum paratur?

2. Itaque non ob eas caussam duos illos testes rejicimus, quod siue que falsa sunt, narrant; neque vero hac generali exceptione, nobis est opus. At propriis, atque e re ipsa petitis argumentis uterque, dum Epiphanius Antropomorphitam faciunt, falsitatis convincitur. Ac primo Historici plures aequalis, aut fere aequalis cum Socrate, & Sozomeno zetaris, quique ex instituto de hæresibus,

Gravissimorum Scriptorum auctoritate Socratis accusatio infirmatur.

que Antropomorphitis nominatum scripsere, nullum de hoc Epiphanii lapsu meminerunt. Erat autem tanta Virtus fama, ut ignorare illius errorem, si quis fuisset, non possent. Neque illi sane ab eo notando abstinuerint, quippe Pates alios tanquam Antropomorphismo afflatos, ut Melitonem, ac Tertullianum nominare non dubitant. At Salaminium Episcopum accusat nemo. Gennadius (b) sic hæretim illam recenset cum ceteris. *Nibil (credamus in Deo) corporeum, ut Melito, & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, ut Anstropomorphus, & Vadianus.* Theodorus (c) hæc in candem

(a) Lib. 6. epif. 195. ad Eulogium. (b) Lib. de Ecclesi dogmat. cap. 4. (c) Lib. 4. hæret. fab. c. 10.

dem rem adnotat. *Quidam Audax ex Syria trans Euphratem ortus dixit, Deum esse similem Hominis, & corporis illi partes tribuis, qua a Sacra Scriptura ad caput Hominis se submittente dicta sunt, stulte intelligens Ita etiam hoc quoque intellexit; Faciamus Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram Dicunt ergo hunc Audax & senebras, & aquam, & ignem dicere ingenita Praetexunt autem se fugere Ecclesia communionem propter faneratores, & eos, qui cum Mulieribus cohabitare; quamvis multa etiam his graviora ab eis perpetrentur. Alios deinde Audianorum errores narrare pergit; verum ne hic quidem Epiphanium nominat. Theodorei autem silentium eo amplius ad S. Doctorem purgandum valet, quo Virum addictum Nestorio Chrysostomi successori, & Cyrillo Alexandrino Theophili illius Nepoti infensissimum major caussa impellere poterat ad malam: Avunculi fidem notandum, qui ut Epiphanium in Episcopo Constantiopolitano oppugnando (a) socium haberet, eandem cum illo haecsim sedisimam profiteri se simulasset. Tam porro erat Theodorei temporibus recente dissidii illius Theophilum inter ac Chrysostomum memoria, ut Isidore Pelusiota (b) Cyriillum ipsum admooendum sibi esse censuerit, ut in Nestorii erroribus resellendis caveret eos rumores, quibus cerebatur, cum inimicitias easdem perseguiri, quas Avunculus ejus Theophilus cum Episcopo Constantinopolitano acerbissimas gesserat. Multi enim, inquit, ex iis, qui (c) Ephesi coacti sunt te traducunt, ut tuas inimicitias persequentem, & ulciscensem,*

(a) Ita Socr. & Sozom. citati num. 1. (b) Lib. 1. epist. ep. 310. (c) Ex horum numero unus erat Theodoretus.

tem, ac non ea, qua Iesu Christi sunt, orthodoxe
guarentem. Theophili, inquit, ex Sorore (a) Ne-
pos est; illiusque mentem, ac sententiam imitatur.
Ut enim ille perspicuum adversus divinitus afflatum,
ac Deo carum Virum (b) Joannem furorem effudit;
sic etiam iste gloriari, ac se jactare expedit. Et rur-
sum (c). Similates, ac dissidia comprime. Ne pri-
vata, ac domestica contumelia ulationem, (d) qua
tangam are quodam alieno a mortalibus obstridit et,
in viventem Ecclesiam derivit. Theodoreum haec
non latebant. Etsi vero ubi exsilio Chrysostomi
referre aggreditur, eorum nomina silentio premere
se velle dicat, qui eam procellam commoverant;
non tamen dissimulat eosdem odio, similatae, inuidia
fuisse incitatos, ut Virum Sanctissimum per calum-
niam circumvenirent. Quum autem Joanni non
parum nocuisse sciret simplicitatem Epiphanii, non
videtur fuisse eam fraudem silentio praeteritus;
qua Aegyptius Patriarcha Antistitem Cyprium in-
suam societatem pellecerat. Nihil horum tamen
ne

(a) Theodoreus ex Fratre Filium dicit l. 5. Hist. c. 25.
(b) S. Joan. Chrysostomum. (c) Epist. 370. (d) Nimium puta-
bantur esse Theophili, & Cyrilli causa rationesque conjuncte,
ut Graci, Syrique, qui uni infensi essent, non etiam alteri ob-
loquerentur. Quapropter Socrates, qui Theophilo affingit calum-
niam simularum heretos ut Chrysostomum perderet, occasionem
pariter Cyrillo obrrectandi nullam prفترmitit. Et l. 7. c. 14.
eadem prفترter alia scelera tribuit necem Hypatiae Fœminæ Ale-
xandrinæ: & c. 34. eundem ait, *Quibusdam quasi sermonum*
velitationibus pugnam exorsum esse, ut Nestorium perticeret, quip-
pe qui infenso erat illum animo esset. Nestorium vicissim crimi-
ne heretos liberat cap. 32. Cyrus etiam etsi nondum Epis-
copus interfuerat Pseudosynodo ad Quercum, in qua depositus
est Chrysostomus: id Cyrus ipse commemorat in Epist. ad
Acacium Berœensem edita a Baluzio in nova Collectione Cor-
ciliern.

ne obiter quidem indicat Theoderetus , qui Cycillo
sane non parcit , idque non semel exprobrat ; quod
privatis odiis sub falsa Religionis specie indulgeret .
Nullam pariter de Epiphaniⁱ errore mentionem fa-
cit Augustinus , dum insaniam Antropomorphitarum
describit , (a) qui Tertulliano , licet maximi
spud Africanos nominis Vito minime parcit , ut in
Tertulliani defensione adnotavimus . *Vadianos* ,
(sunt Augustini verba) quos apellat Epiphanius
Sebismaticos , non *Hareticos* vult videri ; alii vocant
Antropomorphitas ; quoniam Deum sibi fingunt cogita-
tione carnali in similitudinem imaginis corruptibilis
Hominis : quod rusticitati eorum tribuit Epiphanius ,
parcens eis , ne dicantur *Haretici* . Eos autem separasse se dicit a communione nostra , culpando Episco-
pos divites , & pascha cum Judais celebrando : Quam-
vis sint qui eos in *Egypto Ecclesia Catholica* commu-
nicare affeuerent . Hæc S. Doctor : in quibus illud
dignum animadversione est , quod brevem ille for-
tasse *Panarii* epilogum , non ipsum *Panarium* vide-
rat . Sic enim de Epiphaniⁱ historia loquitur . (b)
Nostrer vero Epiphanius Cyprus Episcopus non longe
humanis rebus exemptus sex libros etiam conscripsit ,
historica narratione commemorans omnia , nulla dispu-
tatione adversus falsitatem pro veritate decertans
Hujus brevitatem si fueris in commemorandis heresisbus
imitatus , quid a me brevius postulare , vel expedita-
re debeas , non habebis . At Epiphanius in *Panario*
& fute contra *Hareticos* disputat , tanique prolixum
est opus illud , ut Augustini liber de hæresi-
bus ad *Quotvulideum* , non sū eidem prolixitate , &

G forum

(a) Lib. de hæref. ad Quotvultideum hær. 50. (b) In præfat. eiusdem libri.

rerum copia comparandus. Omnia tamen S. Doctor nihil de ea accusatione, quam Socrates deinde, atque Sozomenus contra Epiphanius protulere, significat. Quid si non epilogum, metamque hæresis narrationem, sed integrum *Panarii* opus, uberrimamque Audianotum confutationem vidisset? (a)

3. Quare ambo illi Epiphanii accusatores, qui unius tamen instar sunt, cæterorum scriptis reselluntur, qui vel ante iplos scripsierunt, vel postea: quibus eo vel magis est, ut diximus, auscultandum, quod eorum institutum serebat, ut de hæresibus, atque hæresis Auctoribus, ac Patronis insignioribus, quæ notatu digna essent, referrent. Jam vero si rem aliquanto profundius persicuremur, facile constabit causa, propter quam illi in accusando Epiphanio tum narrationi reliquorum Historicorum, tum famæ, quæ de ejusdem integritate doctrinæ semper viguit, contradicant. Indicata superius est (b) celebris illa, quæ Joannem Chrysostomum inter, ac Theophilum Alexandrinum, atque huic adhærentem Epiphanium exarsit contentio. Multa vicissim reticorū ab utriusque Asseclis contra alios capita accusacionum, ut assolet, proferebantur. Hic enim singularem etatum mos fuit, ut qui hæreses arcesserentur, accusatores vicissimi suos hæreses alterius accusarent. Quapropter Pelagiani Augustinum tanquam Manicheum,

(a) Cyrus quoque Alexandrinus, qui librum adversus Antropomorphitas conscriptit, Monachos quidem ea labe adspersos commemorat, de Epiphanio autem nullam mentionem facit. Nullam pariter facit Cassianus Chrysostomi olim Discipulus, ac rerum, quæ ad Monachos Ægyptios pertinerent, petitissimum. Hic enim collatione 10. multa de Antropomorphitis resert, & nominatim sanctissimum Senem Serapionem eo errore correptum narrat. Sed de Cyrillo, & Cassiano fuisse redibit sermo deinceps. (b) §. 2. n. 1.

chæum , Nestoriani Cyillum quasi Apollinaristam , Eutichiani Catholicos omnes , a quibus oppugnabantur , quasi Nestorianos traducebant . Eorum porro , quorum ab Ægyptiis reus postulabatur Chrysostomus , catalogum texit Photius . (a) Contra qui ei favebant , quum multa Theophilo exprobarent , tum vero ad auctoritatem Epiphanii , qui eadem adhærebat , elevandam , hunc Antropomorphismi arguebant : a que co verisimilior accusatio videri poterat , quod istiusmodi error quorundam in Ægypto Monachorum (b) proprius esset ; Epiphanius autem zelo originiana hæresis persequendæ abreptus Patriarchæ Alexandrino , ceterisque Ægyptiis inimicis Chrysostomi , a quo defendi Origenes dicebatur , Socium se adjunxit .

4. Hos vulgi rumores secutos fuisse Socratem , & Sozomenum , imitari debet nemo . Nam & Constantinopoli uterque suos Commentarios elucubravit ; & Socrates in eadem Civitate natus erat amantissima Chrysostomi ; alter vero (c) ejusdem

G 2

Pro-

Socra-
tes & So-
zomenus
rumori-
bus Ori-
genistarū
decepti.

(a) In Biblioth. cod. 50. col. 54. (b) Sozomenus l. 8. cap. 12. Atque bi quidem , inquit , eos , qui Deum incorporeum afferebant , Originistas , vocabant : illi vero eos , qui contra sentirent , Antropomorphianos . Eadem leguntur apud Socratem lib. 6. cap. 5. (c) Henricus Valesius de vita & scriptis Socratis , atque Sozomeni hæc habet . Dicebatur enim Salamanes Hermias Sozomenus , quemadmodum testatur Photius in Bibliotheca , ex nomine Salamensis illius , quem Fusconis , Malcbonis , & Crispionis Fratrem fuisse superiorius observavi . Quare emendandus est error Nicephori , & aliorum , qui Sozomenum Salaminii cognomen babuisse existimat propter ea , quod ex Oppido Cypri Salamine originem ducetur . Atqui non Cyprium , sed Palestinum fuisse Sozomenum , super ex ipsis Sozomeni testimonio demonstravi &c. Hæc quum Vir Clatiss. præmiserit editioni utriusque Historici , miror quomodo nihilominus suimet oblitus in notis ad c. 14. lib. 6. hist. Socratis , hæc de Sozomeno adnotet . Hic Salaminius fuit , ex juxta Urbis Epiphanius etiam Episcopus .

Provincie cum Joanne illo Hierosolymitano, qui Antropomorphisimi calumniam Antilihi Cyprio impo-
suerat, ut obiectum sibi ab eodem Origenianismum,
qua de re paullo post dicemus, ulcisceretur. Ex vul-
gari tantum tumulo utrumque Historicum tri-
buuisse Epiphanio haeresim Antropomorphitatum, il-
lud etiam (ut ea omittam, quæ illi de Chrysotomo ipso referunt a tanti Virti probitate, (a) & gra-
vitate aliena) illud, inquam, suaderet, quod de si-
mulatione Theophili ab iisdem narratum initio (b)
retulimus; quem eatenus inflammatum furore in
Constantinopolitanum Aemulum exhibent, ut Epi-
phanii subsidium ad illum opprimendum compara-
turus, cum Antropomorphitis sentire se finxerit.
Quid enim dici incredibilius potest, quam Alexan-
drinum Patriarcham se Antropomorphitam simulas-
se, qui acerbissimis litteris publicisque sermonibus
(c) Monachos ejus stultitez reos coram Aegypto uni-
versa reprehendisset; ea vero occasione tam absur-
dam haeresin profueri maxime voluisse, quando de
Episcopo Constantinopolitano in judicium vocando
agebatur, cui nihil objicere profecto Theophilus
posset exercibili illo errore exercabilius, quem ipse
Epiphanio gratificatus defenderet? Theophilum
certe eti plures ejus etiatis Scriptores accusent pro-
pter ea, quæ contra Chrysostomum gessi, nemo est
tamen, qui non fateatur eum in Paganis (d) juxta atque
Hæ-

Theo-
philus
Antro-
pomor-
phitis
infen-
sus.

Epiphanio gratificatus defenderet? Theophilum
certe eti plures ejus etiatis Scriptores accusent pro-
pter ea, quæ contra Chrysostomum gessi, nemo est
tamen, qui non fateatur eum in Paganis (d) juxta atque
Hæ-

(a) Sozom. l. 8. c. 10. refert Chrysostomum invidia & emu-
latione in Severianum exarisse. Eique consentit Soct. l. 6 c.
xi., a quo etiam S. Doctor c. 21. dicitur, *iracundia magis in-
dulgens, quam verecundia*. (b) §. 2. n. 1. (c) Cassian. collat.
10. cap. 2., Soct. l. 6. c. 5., Sozom. l. 8. c. 11. (d) Theodor.
hist. Eccl. l. 4. c. 22. Theophilus *Vir magna intelligentia, ani-
mique fortitudine preditus: hic Urben Alexandrinorum fraude
simulacrorum liberavit.*

Hæreticis (a) exterminandis summo semper studio incubuisse, ut illos præteream (b) qui gesta illa in Chrysostomum imprudentia partim, partim nimio cuidam ardori animi potius, quam prævæ voluntati tribuant.

§. Quid? Quod neque cum ratione temporum, neque ipsa secum convenient ea, quæ Socrates, & Sozomenus de simulatione Theophili, deque ejus gestis in Monachos, & Chrysostomum referunt. Illi enim Antropomorphitas voce, & scriptis a Patriarcha Alexandrino prius reprehensos significant, quam hic Origenianos persequeretur. Quin etiam ejus dignitatem gravissime ab iisdem violatam, intentata per summum scelus nece, testantur; nisi ille & corporeum Deum dicere, & Origenem aliter sentientem damnaret. Ac multi quidem (ait Socrates) (c) ex simbolicioribus Monachis Deum corporeum esse, & humana præditum specie assverabant. Plures vero improbata glorum sententia, incorporeum esse Deum, & corporalis figura penitus expertem affirmabant. Quibus etiam adspiculatus est Theophilus Alexandrinus Episcopus, adeo ut publice in Ecclesia coram populo eorū quidem, qui Deum humana specie præditum esse dicebant, infelicitetur; ipse vero Deum incorporeum esse affereret. Quo comperto Aegyptii Monachi relatis Monasteriis suis Alexandriam venere, & tumultu adversut Theophilum concitato, impietatis eum damnantes interficere cupiebant. Ea re cognita Theophilus in maximam difficultatem conjectus est, atque, quo mortem sibi intentatam effugeret, excoecavit. Obviā illis progressus blandiri eis capit, ita dicens: perinde

G 3

vot

(a) Hier. ep. 86. & 88., Epiph. ep. 91. inter Hieronymian., Dionis. Liddensis ep. 93. inter Hieron., Anastas. P. ep. 95. inter Hieron. alias inedita. (b) Bollandi tom. 4 Sept. ad diem 14 in Vita Chrysost. §. 40. (c) Lib. 6. c. 5.

vos video, ac vultum Dei. Hoc ejus dictum Monachos Socratis rum animos mitigavit. Tum illi, si vere, inquiunt, & Sozomeni narratio implexa & libris illis disputantes, opinionem nostram impugnant. paru coherens. *Nt istud feceris, ea a nobis expedita, qua impios, & divini Numinis boyles pati par est. At Theophilus, ego, inquit, faciam quacunque vobis videntur. Similia habet Sozomenus. (a) Atque hi tam nefatio Monachorum facioore commemorato, nihil tamen acerbius a Theophilo actum in eos narrant. Illis, opinor, Vie mitissimus donavit injurias, aut par ulciscendis non fuit, qui de Monachis aliis opprimendis, & Constantinopolitano Episcopo a sua Sede deturbando consilium inire potuit; atque ut perficeret, neque pecuniae sacre, neque calumniis, neque violentie pepercit.*

6. At, ajunte eum ad Origenistas persequendos
se convertisse odio Monachorum Fratum, qui Longi

(a) L. 8. c. 11. *Et hanc quidem sententiam Theophilus amplectiendam esse publice in Ecclesia docuit: & in epistola, quam ex more scriptis de festo Paschali, Deum incorporeum intelligi oportere affirmavit, & ab humana figura alienum. Quod quum Aegyptiorum Monachi didicissent, Alexandriam venerunt. Et in unum congregati tumultuari ceperunt, ac Theophilum velut impium e medio tollere volebant. Verum ille ad eos adhuc tumultuantes progressus, perinde, inquit, vos aspici, ac vultum Dei. Hoc dictum Homines tantisper cohibuit. Proinde illi sedato furore, si, inquiunt, ex animo ita credis, Origenis libros condemnata: quam illi lectors suos in eam sententiam inducant. Tum Theophilus, istud, inquit, jampridem constitueram, faciamque sicut vobis videtur. Cassianus, qui de Aegyptiis ac Palestiniis Monachis ea se scribere profiteretur, qua vel ipse viderat, vel praesens audierat, Theophilii vero etate vixit, & Chrysostomi etiam Discipulus fuit, illum quidem simplicium quorundam Monachorum errorem deo corporeo, & Theophili in litteris paschalibus reprehensionem commemorat collat. 10.; at de intentata Patriarchae rece, deque hujus fictione nullum verbum facit.*

gi nominabantur, Dioscori nimicu, Ammonii, Eusebii, Euthymii: cuius odii caussam hanc tradit Socrates. (a) Tandem vero progressu temporis, animabat quoque suis detrimentum afferrì existimantes, (b) quum viderent Episcopum quaslibet deditum esse, & in pecuniis comparandis plurimum studii impendere, & earum caussa omnem, ut vulgo dicitur, lapidem comovere; cum illo amplius degere recusarunt, solitudinem sibi cordi esse dicentes, seque hanc urbana vita anteponere. At ille quamdiu quidem veram discessus eorum caussam ignorabat, bortatus est eos, ut adhuc manerent. Ubi vero se se ab illis condemnari sensit, gravi incensus ira minatus est, se se illos omnibus modis vexaturum esse Hac igitur via eos aggressus est. Probe norat eos Viros de natura Dei secum disputantes savenumero validis rationibus afferuisse, Deum incorporeum esse, & humana figura penitus expertem. Humanam enim figuram humana quoque passiones necessario comitantur. Idque tum ab antiquis Ecclesia Scriptoribus, tum ab Origene in primis diligenter excussum est. Quum igitur de Deo ita sentiret Theophilus, tamen ut inimicos ulcisceretur, ea, qua illi recte cum ipso afferebant, impugnare non dubitavit. Plurimosque ex Monachis decepit, Viros simplices quidem, ac sinceros, sed rudes, ac plerosque etiam litterarum expertos. Missis enī litteris ad eos, qui in solitudine degebant, monuit, ne Diocorum, Fratresque ejus auscultarent, qui Deum incorporeum esse dicebant. Deus enim, aiebat, juxta Sacra Scriptura testimonium & oculos habet, & aures, & manus, ac pedes, quemadmodum Homines Hac

(a) Lib. 6. c. 7. (b) Ammonius, Eusebius, Euthymius; quos maxime caros antea habuerat Theophilus, & secum degere iussérat.

*fraude Theophilus multos Monachos decepit : ortaque
est inter illos gravis dissensio . . . Et illi quidem , qui
a Theopili partibus stabant , Fratres suos Origenistas , &
impios appellabant . Consentanea istis sunt , quæ re-
fert Sozomenus . (a) Hic obiter animadverto , ejus-
modi caussam , cur Monachi illi a Patriarcha sepa-
ratentur , affterri , quæ Antropomorphitis porius ,
quam Origenianis conveniat . Ut enim alias (b) ad-
notavimus , ideo Audianos secessionem ab Episcopis
fecisse testantur Epiphanius , Augustinus ; Theodo-
retus , quod depravatos Episcoporum mores ferre
non possent . Verum , ut ut illa se habuerint , (ne-
que enim vacat siagula minutius persequi) illud
certe , quod ambo Scriptores paullo post de Theo-
philo , deque ejus simulatione ad Epiphanium de-
merendum pethibent , omnino nequit cum reliqua
narratione , veraque cronotaxi consilere . Etenim
narrant eum furentem iracundia omnem movisse
lapidem , ut Fratres Longos ulciceretur , eosque
propterea sibi metuentes Constantinopolim naviga-
sc (c) ut ea , qua contra ipsos per vim , & calumniam
gesta fuerant , coram ipso Imperatore , & coram Epis-
copo covo Joanne convincerentur . Deinde deceptam a
diffidi Theophilo simulatione Antropomorphismi simplici-
Theotatem Epiphanii sic refertunt . (d) Dum res in hoc
philum statu esset , falsus rumor ad aures Theophilii perlatus
Chryso. est , Joannem eos (c) ad sacra quoque mysteria admissi-
stomu .*

(a) L. 8. c. 12. Et quoniam ex sermonibus , quos cum illis
habuerat , dum apud ipsum essent , norat illos ut pote Origenis Se-
ctatores , opinionem illorum , qui Deum humana forma preditum
esse dicebant , reprehenderet , commisit eos cum multitudine Mono-
chorum , qui aliter sentiebant . Hinc vero gravissima contentio inter
Monachos exorta est . (b) §. 2. n. 2. (c) Socrates l. 6. c. 9. Eique
ad amissim respondet narratio Sozomeni paullo post proferenda .
(d) Socr. l. 6. c. 9. (e) Fratres Longos .

se; & ad opem illis ferendam paratum esse. Quamobrem Theophilus totus in hoc capite incumbere, ut non modo Dioscorum, & Isidorum (a) ulcisceretur, verum etiam Joannem ex episcopali sede deuiceret. Missit igitur epistolam ad singularum Civitatum Episcopos, consilium quidem suum occultans, palam vero in illis reprehendent libros Origenis; quorum tamen testimonio diu ante illum Athanasius in Oratione contra Arianos ad fidem sua confirmationem sapienter usus fuerat. (b) Amicitiam quoque redintegravit cum Epiphanio Constantia Cypræ Episcopo, a quo antea dissidebat. Insimulaverat enim Theophilus Epiphanium tanquam abesse sentientem de Deo, quem humana specie præditum esse arbitraretur. Quam ergo Theophilus de Deo ita sentiret, eosque reprobenderet, qui Deum humana figura præditum esse censebant, præ odio tamen, quo in alios ferebatur, ea, qua sentiebat, palam abnegavit; initique tunc amicitiam cum Epiphanio, quo cum antea dissidentiebat, perinde ac si consonantia dulcis idem cum illo sentiret de Deo. His consonat de more Sozomenus. (c) Hæc illa sunt scilicet,

(a) Presbyter Alexandrinus cum Fratribus Longis coniunctissimus. (b) Sic finem capituli 9. excipit initium capituli 10. (c) L. 8. c. 12. Alexandria vero quum falso rumor invaluerit, Joannem cum Dioscoro, ac reliquis communicasse, eosque in omnibus adjuvare paratum esse, cogitare carit Theophilus, qua ratione Joannem quoque ipsum Episcopatum dejecte posset. (cap. 14.) Verum hæc in intimo cordis suis recessu occultans, ac moliente scriptis interim ad omnes ubique locorum Episcopos litteras, quibus libros Origenis reprehendebat. Quumque consideraret, magno sibi emolumenio fore, si Epiphanium Salaminis in Cypro Episcopum partitionem & consonantem consiliorum suorum haberet, Virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum, eum sibi Amicum adjunxit, licet antea eum reprehendisset, quod Deum humana specie præditum opinaretur. Tum vero quasi resipiens veram tandem sententiam approviset, idem se cum illo sentire scriptus.

licet, quæ ajebam superios cum recta temporum ratione minime consentire. Nam, si eos audi mus, Theophilus Monachis Longis iratus uno quodam impetu odium Antropomorphitarum in illos armavit, & dilapsos in solitudinem obtenu tu Origeniani erroris e Monasteriis exturbavit, ac Constantinopolim usque, quo illi demum aufugerant, persecutus est; & ne illis patrocinium Chrysostomi prodesse posset, simulato Antropomorphismo subsidium Epiphanii ad Origenianorum excidium comparavit. Etenim post exposi tam Theophili fraudem, qui bellum inter contrarie factionis Monachos suscitaverat, hæc Socrates continentem attexit. (a) *At Theophilus posteaquam animadversit rem ex animi sui sententia (b) successisse*, cum magna Hominum multitudine Nutriam perstet, quo in loco erant Monachorum domicilia; & Monachos contra Discorum, ejusque Fratres armavit. Illi in summum capitris discrimen adduxi, vix tandem effugere posuerunt. Dum bac in Ægypto gererentur, Joannes Constantinopolitanus Episcopus omnium istorum ignorans doctrina, & eloquentia florebat. Tum post brevem digressionem de Ariano rum tumultu Constantinopoli excitato, quæ capite octavo comprehenditur, sic caput nonum exorditur. *Haud multo post Monachi una cum Discoro, & ejus Fratribus ex solitudine profecti Constantinopolim veniunt*. Atque hic statim consequuntur ea, quæ mox recitavimus de litteris ad Episcopos, & Epiphanius præsertim datis. Eodem autem continentis ductu seriem rerum expo nit

(a) L. 6. c. 7. (b) Dissidio inter Monachos excito.

nit Sozomenus. (a) Enimvero Monachi Longi Constantiopolim navigatunt anno dumtaxat 403., ut Stiltingus (b) notat, eodem videlicet, quo (c) Chrysostomus in Synodo ad Quercum iniquo iudicio damnatus est; vel anno proxime praecedente, si Montfauconio (d) credimus. Atqui aliquot jam ante annos erat Theophilus ob Origenianos debellatos toto Oriente, & Occidente notissimus. Nam Hieronymus inde usque ab anno 400. (e) haec scribebat Theophilo: *Vox beatitudinis tua in toto Orbe pertonuit, & cunctis Ecclesia latantibus, Diaboli venena (Origeniana nimicum haeresis) siluere.* Eodem anno Theophilus (f) Hieronymo rescribit pacem Ecclesie redditam extintis & fugatis Origenis Seclatoribus. Eodem anno Epiphanius (g) haec ad Hieronymum scribit. *Dominus confortavit Famulum suum Theophilum ut super altare Ecclesia Alexandrina contra Origenem vexillum poneret; & impleretur in eo quod dicitur: scribe signum hoc, quia delebo funditus Origenis barefim a facie terra.* Eodem anno Dionysius Liddensis Episcopus (h) Theophilo gratulatur tanquam

Quo
tempo-
tu Longi
pervene-
tint Con-
stantino-
polim.

(a) L. 8. c. 13. Porro Diocorus & Ammonius, ac reliqui cognitis Theophilii infideliis Hierosolymam se contulerunt; atque inde perrexerunt Scythopolim Eodem tempore Theophilus quodam misit Constantinopolim, qui & calumnias adversus illos prestruerent, & si quid illi ab Imperatore peterent, ipsi obfisterent. Que quum didicisset Ammonius, & qui cum illo erant, Constantinopolim navigarunt, comitante eorū Isidoro. Junctique inter se id perficere studebant, ut coram Imperatore Justice & Joanne Episcopo, infideli illis comparate convincerentur. (b) Acta Sanct. tom. 4. Sept. ad diem 14. in Vita Chrysostomi. (c) Hoc anno depositionem Chrysostomi consignant Baronius in Annal. Montfaucon in vita Chrys. adjecta editioni Paris. Operum S. Doctoris: Stiltingus in Vita Chrys. loc. cit. (d) In Vita Chrys. loc. cit. (e) Epist. 88. editionis Veronensis. (f) Epist. inter Hieron. 89. (g) Epist. inter Hieron. 91. (h) Epist. inter Hieron. 94. alias inedita.

quam optime de Ecclesia merito deletis sceleratissi-

Anastasius P.
anno, ut cæteros silcamus, Anastasius Romanus Pon-
tific in epistola (a) ad Simplicianum Mediolanensem
ad Sim-
plicianū
Mediol.
laudat
Theo-
philum.
quam optime de Ecclesia merito deletis sceleratissi-
mis blasphemis Origenis Discipulis. Eodem denique
Sic Alexandrini Patriarchæ zelum contra Origenia-
nos commendat: *Pari animo Vir sardus, & bono-*
rabilis Theophilus Frater, & Coepiscopus noster circa
salutis commodum non desinit vigilare, ne Dei po-
pulus per diversas Ecclesiæ Origenem legendo in ma-
gnas incurrit blasphemias. (b) Hæc quum anno 400.,
aut etiam ante gererentur, & scriberentur, emula-
tione igitur, aut ignorantia lapsos Socratem, &
Sozomenum necesse est, qui eas ad universos Epis-
copos litteras tanquam inditæ Origenianis belli si-
gnum dedisse Theophilum narrant *ut non modo* (c)
Dioscorum, & Isidorum ulcisceretur, verum etiam
Joannem (ad quem illi non ante annum 403. aut
402. configuerant) ex Episcopali sede dejiceret.

7. Hisce nihilominus prætermisso, quæ conci-
liari quoquomodo fortasse possent, ut propius ad rem

no-

(a) Epis. inter Hier. 95. alias inedita. (b) Hasce epistolas
omnes anno 400. posteriores non esse ostendunt, præter cæte-
ros, Editores Veron. in Vita Hieronymi. Simplicianum cer-
te intra an. 400. decurrente Majo, vel Junio ex hac vita mai-
grasse, non dubijs monumentis conficitur. Ipse vero Papa Ana-
stasius sequente anno ad superos abiit. Baronius quoque litteras
ad Episcopos, atque ad Anastasium a Theophilo missas censet
anno 399. Monachos ille quidem Longus an. 400. appulisse
Constantinopolim opinatur. Sed ab Historico Eminent. diffen-
tiunt Montfauconius, & Bollandi Successores ante laudiri; quo-
rum prior, ut diximus, adventum illum an. 402. alii an. 403.
collocant; & jure quidem. Si enim advenisse Constantinopo-
lim an. 400. dicantur ii, qui de Theophilo conquerebantur,
nimium longo intervallo ab Accusatorum adventu disiungitur
adventus Theophili ipsius & Epiphanii, qui Baroni ipso con-
sentiente non ante annum 402. ad Urbem imperatoriam se-
contulerunt. (c) Socr. L 6. c. 9.

nostram accedamus; quid necesse erat Theophilo Antropomorphismi Sectatorem se simulare, ut Epiphanium in societatem belli contra Origenianos, qui Byzantii morabantur, pertraheret, si multo ante quam Monachi Longi ad Imperatorem provocarent, Cyprius Antistes in epistola (a) quam superius memoravimus, studium Theophilii in Origenitis exigitandis summopere commendaverat: & ipse mecum voce cum scriptis libris hostem se se ejusdem heresios infensissimum declaraverat? Etenim rogatus a Theophilo adiit Senex Sanctissimus Constantinopolim eodem anno 403., (b) vel, si mavis, an. 402., quo in eamdem Urbeum appulerant Longi; eodemque anno verente (c) in reditu ad suam Sedem est mortuus. Porro nonne Panaratum ille elucubraverat, in quo Oeigenianorum refertur heresis, (d) & prolixa disputatione refellitur? Nonne in Ancorato (e) pariter in eandem sepe invehitur; ubi & Origenis appellat *insaniam*, & *Origenem furiosum* vocat? Qui haec de Origenistis jamdiu scripserat, num egebat Theophilii illa simulatione, ut ad eos, quos Ecclesiaz hostes teterimos esse censebar, profiliandos adjutrices manus daret? Quid contra accidere illi optatus poterat, quam occasionem sibi Origenianæ factionis delendæ offerti? Et sane nullam Antropomorphismi mentionem facit Theophilus in litteris ad Epiphanium datis, sed verus dumtaxat illius studium in Origenis erroribus impugnandis laudat; atque ob hanc causam piissimum Virum ad eorum reliquias dissipandas fecutus invitat: quod ille confessim exequi, itinere Constantinopolitano fulcep

pto,

Epiphanius
Origenistas
aceruisse
oppugna-
verat pri-
uquam
Constanti-
nopol-
lim na-
vigaret.

(a) Epist. inter Hier. Edit. Veron. pt. al. 73. (b) Vide adnotata num. præc. (c) Consule Bollandos, Montfauconium, Baronium. (d) Lib. 2. tom. 1. h[ab]it. 64. (e) Num. 54 num. 56.

pto , aggressus est . *Dignationis tua est* , (sunt verba Theophili) (a) *qua in hujusmodi certaminibus sape ante nos pugnavit , & positus in prælio consolari , & congregare totius Insula Episcopos , & Synodicas litteras tam ad nos , quam ad Constantiopolitana Urbis Episcopum , & si quos alios putaveris mittere , ut consensu omnium & ipse Origenes nominatum , & heresi nefaria condemnetur .*

8. Neque magis illud cohæret , & constat , quod narrant Theophilum ideo studuisse amicitiam Epiphanii sibi conciliare , eique proinde scripsisse

Inanes So-
cratis &
Sozome-
ni conje-
cturz. idem (b) se cum illo (de Deo corporato) sentire ; ut consortem (c) consiliorum suorum haberet Virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum . Consilium autem Theophili quale esset , ibidem exponitur : (d) *Quum falsus rumor invalusisset , Joannem cum Dioscoro , ac reliquis communicasse , eosque in omnibus adjuvare paratum esset , cogiisse capi Theophilus qua ratione Joannem quoque ipsum Episcopatu deilicere posset . Itaque Patriarcha Alexandrinus iratus Chrysolomio , quod Fratribus Longis faveret , ut illum adjutus opera Epiphanii perderet , scripsit (e) Episcopo Cyprio se Antropomorphitam , atque adeo Amicum ipsius esse factum . Sic nempe uterque*

Histo-

(a) Epist. inter Hier. 90. al. 67. Adde epist. Epiph. ad Joan. Hieros. inter Hier. 51. , ubi quum multa contra Origenem dis- putat , tum sic Joannem alloquitur . Recede ab heresi Origenis , & a cunctis hereticis , dilectissime . Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit , quod dixerim vobis : Arii Patrem , & aliarum heresem radicem , & Parentem laudare non debetis . Hanc epis. probant Edit. Veronenses operum Hieron. scriptam esse an. 394. (b) Sozom. lib. 8. cap. 14. (c) Ibid. (d) Ibid. c. 13. Simillima autem refert Socrates , cuius verba num. 6. recitavimus . (e) Sozom. ibid. c. 14. Quasi respi- scens veram tandem sententiam agnovisset , idem se cum illo sen- sisse scripsit .

Historicus totam nefariz prodictionis rationem contexunt. At vero quando litteras ad Epiphanium dedit Theophilus, nondum cognoverat, quo esset animo erga Monachos illos Chrysostomus: quapropter non modo nullum ea de re verbum facit, quod facere sane ad Epiphanium preoccupandum non omisisset; quin etiam, ut ante diximus, cunctum hortatur (a) ut synodicas litteras tam ad SE, quam ad Constantinopolitanum Episcopum, & si quos alios putaverit, MITTAT, ut consensu omnium & ipse Origenes nominatim, & barefis nefaria condemnetur. Quanto igitur diligenter Socratis hanc atque Sozomeni narrationem expendimus, & antecedentia consequentibus comparamus, tanto evidenter, opinor, sapiens Lector concludit, Homines Constantinopoli de Ægyptiorum dissidiis, ac turbis scribentes, multa, quæ contra Theophilum, ejusque Particinatores populatis rumor disseminabat, in commentarios transtulisse; & si quid forte hiuleum esset, ac mancum, id conjecturis, quæ

Ori-
geniani
Antropo-
morphis-
mi suo-
torum in-
simulant.
om-

(a) Epist. Theoph. ad Epiph. inter Hier. 90. Etsi epistolam hanc Vallarsius scriptam putet eodem anno 400., in quem reicit 91., quæ est Epiph. ad Hieron. & 95. quæ est Anastasii ad Simplicianum, aliasque, e quibus nonnulla produximus num. 6. omnino tamen dicendum est, illam post annum 400. fuisse conscriptam; quandoquidem Theophilus in eadem narrat Ammonium, & reliquos Constantinopolim navigasse. Didici enim, inquit, quod calumniatores vere fidei Ammonius, Eusebius, & Euthymius novo pro barefis furore bacchantes Constantinopolim navigavint. Porro Monachos Longos non ante annum 402. adiisse Constantinopolim, num. 6. observavimus. Aliom Socratis & Sozomeni in Chronologia lapsum castigat Valesius in notis ad c. 10. L. & Socr. Fallitur, ait, hic Socrates, eumque secutus Sozomenus, qui Alexandrinam Synodus, in qua Theophilus libros Origenis una cum ipso Origene damnavit, celebratum putat post Synodus Constantiæ ab Epiphanio congregatum.

omnium viderentur verisimillimæ, supplevisse. (a)

9. At nihil luculentius calumniasam de Epiphiani errore narrationem convincit, quam si accusationi in Sanctum Doctorem prolatæ contrariam Socratis ejusdem de Hæreticis illis, quos Epiphanius confutaverat, opinionem conferamus. Non dicam Novatianum fuisse Socratem, nec fidem ei propterea esse abrogandam, quandocunque Catholicis Partibus, qui Novatianos insectabantur, obloquitur: quanquam hæreticos illius nota purgari videatur non posse. (b) Illud unum sapiens Lector advertat veniam, eodem nimicum in loco Epiphanius erroris redargui, (c) in quo Constantinopolitanus Historicus doctri-

(a) Valesius in adnot. ad c. 10. l. 6. Socr. Imposuit, inquit, omnino Socrati, ac Sozomeno Origenista quifiam fautor Ammonii, atque Diocori, qui hæc ijs narravit. Solebant enim Origenisti hujus heresos (nempe Antropomorphismi) crimen Catholicis, a quibus condemnabantur, affingere, ut recte observavit Baronius. Imo vero hunc Origenianorum murem fuisse docent Socrates ipse & Sozomenus. Illa enim sic scribit l. 6. c. 7. Et illi quidem, qui a Theophilii partibus stabant, Fratres suos Origenistas, & impios appellabant. Alii contra, eos, qui cum Theophilo sentiebant, Antropomorphitas cognominabant. Et Sozom. l. 8. c. 12. Atque hi quidem eos, qui Deum incorporum affebant, Origenistas vocabant: Illi vero eos, qui contra sentirent, Antropomorphianos. (b) Novatianum fuisse Socratem demonstrant præter Baron., Bellarm., Nat. ab Alex., Bollandi to. 4. Sept. ad diem 14. in vita Chrys. Imo Valesius ip'se, qui in Socratis vita videretur ijs Scriptoribus minime aequiscere, qui Novatianum illum dicunt; nihilominus in adnot. ad l. 6. c. 21. ait: Ex hoc dico certius, quam ex ullo alio colligi potest Socratem Novatianum fuisse. Nam & Chrysostomi sententiam perpetram interpretatur, & Sisinnio Novatiane partis Episcopo palam favet adversus Jo. Chrysostomum. (c) L. 6. c. 10. 12. 13. Baronius Socratem etiam Origenianismi arguit. Et sanguine cap. 13. Origenem ex instituto defendit, hec addens de ejus Accusatoribus: Viles Homines & obscuri, qui per se ipsi inclarescere non possunt, ex potiorum viuuperatione famam aucupari conantur. Tam Socratem, quam Sonnenum Origenistas fuisse dicit Huetius quoque in Origenianis.

